FIRPO

2343

BIBLIOTECA NAZIONALE
TORINO



chi l'a pi 'd fil farà pi 'd teila

Ex libris

LUIGI FIRPO

13.1.14.

ORIGO ET PROGRESSVS HISTORICVS,

SIVE

APPARATVS

DE ILLVSTRIBVS

ABBATIÆ FLORENTINÆ VIRIS,

In treſdecim Capita compendiosè diſtributus.

Auctore

DON PLACIDO PVCCINELLO, PISCIENSI,

eiuſdé Abbatię Antiquario, ac Sacri Benedictini Caſſinenſis Ordinis Alumno.

Ad Perill. & Reuerendiſs. P. D.

HYACINTVM GALEOTTVM

Niccoſię Abbatem meritiſsimum.

MEDIOLANI.

Typis Io: Petri Ramellati, M.DC.XXXXV.

SVPERIORVM PERMISSV.

APPROBATIONES SVPERIORVM.

Librum hunc inſcriptum: *Origine, e progreßo dell' Abbadia di Fiorenza*: Ego D. Aloyſius à Venetijs Abbas S. Georgij maioris Venetiarum ad hoc à Reuerendiſs D. D. Stephano à Mediolano Generali Præſide Congregationis Caſinenſis deputatus, perlegi, in eo nihil ab orthodoxæ fidei, bonisuè moribus alienum inueni, quare & typis dignum cenſui.

D. Aloyſius qui ſupra.

Approbatio Hieronymi Bendandi Monachi Caſinen. in Vniuerſitate Bononienſi S. Theol. profeſſoris, S. Inquiſit. Conſul. ac Librorum Cenſoris.

H*iſtorica Abbatiæ Florentinæ Monumenta*, à P. D. Placido Puccinello elaborata, de mandato Reuerendiſs. Definitorij perluſtraui, atq; cùm in eis nihil offendatur diſſonum à præceptis Sacri Indicis, poſſunt fieri publici iuris. Ita cenſeo

Ego D. Hieronymus Bendandus.

IMPRIMATVR.

Fr. Ambroſius Roggerius, Inquiſitor Mediolani.

Io. Paulus Mazuchellus pro Eminentiſs. D. Cardinali Archiepiſcopo.

Comes Maioragius pro Excellentiſs. Senatu.

BIBLIOTECA NAZIONALE

Perilluſtri ac Reuerendiſsimo Patri Dominoq;

D. HYACINTO GALEOTTO, PISCIENSI,

Canonico Regulari Sancti Saluatoris, atq; Niccoſiæ Piſarum Abbati Digniſsimo.

DIVINO *quidem conſilio factum ego interpretor, vt beneuolentia mihi tua (Præſul Humaniſsime) tam effuſè ac liberaliter adſit, ac meis induſtriæ litterariæ conatibus opportunè ſemper adſpiret. Ac ſupremo quidem Numini, quas debeo, gratias agere dum ſemper conor; ecce Tibi pariter, in aliqualem interim gratiarum actionem, Opuſculum iſtud, ad ſpecimen breuiter & curſim elaboratum,* De Illuſtribus Abbatiæ Florentinæ Viris, *ac celeberrimo Nomini tuo nuncupatum; quoadaſque pleniorem ipſorum Hiſtoriam maiore otio & vberiore negotio contexam, Tibiquè rurſus offeram. Petrarchæ olim & Boccatio, Florentinis, ſummam interceſsiſſe amicitiam Hiſtoria teſtantur: eamq; viciſsim teſtatam annulo, quo vterque ipſorum vteretur, & in quo expreſſa foret affabrè facies & imago vtriuſque. Quod quidem Petrarcha ipſe his aliquandò verſibus indicaſſe creditur.*

Dulcis

Dulcis Amice vale. Tua te mihi ſemper imago.
It præſens mecum vt ſedit, mecumq́; quieſcit,
Tuq́; redde vices.

Non ego ſanè me auſim alterutri tantorum in re litteraria Heroum comparare. Hoc tamen ſcio, imaginem mihi tuam ex animo et memoria nunquàm excidere: meq́; pariter per omnes opportunitates illud in Te viciſsim experiri, quod veriſsimè de veris Amicis prædicatur: quale in primis illud eſt Salomonis, Omni tempore diligit, qui amicus eſt: & frater in anguſtijs comprobatur: *Et rurſus,* Vir amabilis ad ſocietatem magis amicus erit, quàm frater. *Et hoc in eorum deteſtationem, qui falsò aſſerunt, amicos tantum in commeſſationibus & compotationibus reperiri: de quibus idem Sapiens aiebat,* Amicus menſæ non permanebit in die tribulationis. *Perge igitur Benigniſſime Præſul, vt cœpiſti. Labores hoſce meos, perpetuum amoris et obſeruantiæ in Te meæ pignus & teſtimonium, lubenti animo excipe: atque etiam, ſi fortè opus fuerit, patrocinio tuo contra infenſos tuere. Te verò viciſsim Deus incolumem diutiſsimè ſeruet. Tu ſiquidem Patriæ noſtræ Decus, Speculum Abbatum Religionis tuæ, eruditorum ac piorum Exemplar, incomparabilis Pater ac Protector Virtutum & Amicorum.*

Prou. Cap.17. 18.

Neſ-

Neſtoreos Tu igitur viue annos optimeq; vale Præſidium meum: pro quo certè tantum volo, quantùm valeo.

Mediolani, è nobiliſsimo atque antiquiſsimo Sancti Simpliciani & Congregationis Caſsinenſis Cœnobio, Anno Domini 1645. tertio Nonas Iunij.

Seruus deditiſsimus

Don Placidus Puccinellus, Piſcienſis,
& Monachus Caſſinenſis.

Perilluſtri & Admodùm Reuerendo Patri
ac Domino meo Colendiſſimo,

DOMNO PLACIDO PVCCINELLO, PISCIENSI,

Monacho Caſſinati Digniſſimo,

Ioannes Petrus Puricellus,
Laurentianæ Mediolani Baſilicæ Archipresbyter.

REmitto tibi tuum *De Illuſtribus Abbatiæ Florentinæ Viris* Apparatum Hiſtoricum,ſiue Compendiũ. Iſtud ego ſumma cum voluptate ſemel iterùmquè legi: atq; vel inter hæc prima penicilli rudioris lineamenta eos mihi Viros cernere videbar non rediuiuos modò, ſed etiam facta verè illuſtria memoratuq; digniſſima ſpirantes,ad poſteritatis vtiq; documentum, ad eximium illius Abbatiæ ſplendorem, ad Ordinis etiam tui Caſſinenſis decus, necnon etiam tantæ ad Vrbis ornamentum. Quam quidem Vrbem (vt ingenuè fatear) ego propterea etiam veneror & amo ſummopere ; quia Sanctiſsimi Præſulis noſtri Ambroſij amantiſsimã, viciſsimq; ipſi dilectiſsimã fuiſse olim non ignoro,atq; in præſens itidem eſſe confido. Quod ergo per amicitiam noſtram ſincerè tibi ſuadeo , quinetiam te hortor , iſtud eſt: vt eiuſmodi Compendium quantocyùs publicæ luci dones, vtq; poſtea te totum ex animo ipſimet Hiſtoriæ conte-

xendæ

xendæ addicas. Ejuſmodi ſiquidem Labores tuos Litteratis Hominibus, & Antiquitatis bonarumquè Artium ſtudioſis, ego quidem ſpero iucundos vtileſquè fore. Benè vale: mequè redama, vt ſoles.

Mediolani, è Canonicalibus Laurentianę Baſilicæ Ædibus, Anno Domini 1645. octauo Kalendas Iunij: quo quidem die (vtinam fęliciter hoc ipſum & auſpicatò cedat) Sancti Zenobij, Florentinorum Antiſtitis, Sanctoquè Ambroſio noſtro familiariſſimi, celebritas agitur.

LETTERA DEL SIGNOR
DOTTOR BOSSI,
REGIO LETTORE
Nello Studio di Pauia
ALL'AVTORE.

M.R.Padre.

LO ſcriuer materie Storiche egli hà tanto di malageuolezza per chi adopra in eſſe la penna, quanto di horreuolezza per chi à cagion di virtù nelle medeſime vien mentouato. Ma nè al Publico frutta queſto meſtiere minor beneficio, quando che i componimenti dalla luce, e dallo ſpirito di Verità ſincera riſchiariti ſiano, & animati. Peroche in altra maniera le Storie ſeruono di falſe guide, che conducono gl'incauti à tracollar nel buio de' precipitij: e ſembrano fetidi cadaueri, che co'l lezzo della menzogna appeſtano il mondo, e che, dibattendo con le ſolle le menti, nelle menti ſconuolgono la credenza de gli huomini. E ben ſiegue il dire, che quãto più ſono intralciate le difficoltà, che ſi attrauerſano à gli Storici, mentre à tutto cuore, & à baſta lena, d'eſſer veritieri ſi affacendano, tãto maggior vanto di accuratezza, e di ſtudio, e tanto ancora maggior oſſe-

quio di gratie, e di i meriti, da' Leggitori, e da gl'Intereſſati, loro ſi debba. Io di vero, che per lo cimento d'hiſtoriare in otto volumi di ben giuſta grandezza le Memorie antiche di mia patria, perauuentura meglio di molt'altri apprendo, quali fatiche, e diligenze, quali diſamini, e ſquitinij, ſia conuenuto di fare à V.P.M.R. per riandar con fede ſtorica la vita, e le virtù di due Sereniſſimi Prencipi di Thoſcana Vgo, & Vuila; come lettor' in gran parte conoſcente il ſuo merito, non poſſo non elogizzarla co'l titolo di Storico ſenſato, e giudicioſo. Così pur' ancor io ſteſſo, che nel ſuo poco dianzi ſtampato Gometio hò goduto della rimembranza, ch'e' fà non ſolamente di tre Regij Moniſteri di Pauia, cioè à dire, della Puſterla, del Senatore, e di S.Saluatore, oue aſſeriſce eſſer' interrata l'Imperatrice Adeleida; mà altresì di tre perſonaggi Paueſi per nobiltà, e bontà del coſtume ſegnalati, cioè della grande ABBADESSA SERAFINA CORTE, di ANTONIO BECCARIA, e di BARTOLINA MEDICI; Intereſſato nelle lodi de' miei nationali mi ſento co' titi d'inorata penna legar debitore alla ſua MEMNOSINE. Ma eſſendo egli veriſſimo il dettato dell'Arpinate Mercurio, che gli animi generoſi anzi ambiſcano, che ſi aggrauino, di diuenir viè più obligati à chi di già molto ſon tenuti; deſidero anch'io, che V. Paternità reſti perſuaſa di adagiare alla publicatione, quanto più preſto può, la Storia della Badia di Firenze, in cui fà honoreuoliſſimo racconto delle attioni dell'Abbate Don NICOLO SCARAMVCCIA VISCONTI, mio compatriota. Che, ſe

m'hà

m'hà ſingolarmente obligato co'l gratiarmi dell'Apparato Storico, che per teſſere tal'Opera hà alleſtito, cō queſta nuoua gratia verrà ad ammaggiorare il douuto, ch'io le tengo, per cagion dell'honore ch'indi n'è per riſultare & al caſato del Viſconti, ch'è de' principali della Città, & alla patria, che nelle glorie de' ſuoi Cittadini ſi pregia. Deh P. Don PLACIDO non ſia con eſſo meco ſeuero in guiſa, che mi diſdica vn tal piacere, & vna gratia, ch'è per recare non più à me di guſto, che di pregio al ſuo nome, di grado à gli Antiquarij, di ſplendore à' Prelati di quel luogo, e ſenza più di gloria à' Monaci della Religion Caſineſe. L'ordine degli Abbati, il regiſtro degli anni, e gli atteſti delle ſcritture, che in queſto Manoſcritto notati vengono, ſono ſaggi di perfetta Architettonica, i quali nel concetto di mia mente rappreſentano qual'eſſer debba la magnificenza della ſtorica ſua fabrica. Sarà per tanto vfficio di V.P. perfettionare il guſto, che mi hà figliato nell'animo il diſsegno, co'l farmi vedere, il più preſto che può, di tutto punto ſtabilito in iſtampa l'edificio. Io fra tanto n'inuio à V.P. tre affettuoſiſſimi ſaluti in depoſito, ch'eſſa potrà à ſuo bell'agio, ò in voce, ò in iſcritto, diſtribuire

AL P. ABBATE D. CONSTANTINO GAIETANI,

AL SIG. ARCIPRETE GIO. PIETRO PVRICELLI, &

AL SIG. DOTTOR FRANCESCO-MARIA FIORENTINI,

che tutti e tre ſono que' ſtimatiſſimi Letterati, il cui valore da noi ricordato, e lodato, ben' iſpeſso è il miele de' noſtri diſcorſi. Di Pauia 29. Maggio 1645.

PArue già all'honore della Romana eloquenza nõ foſſe Vita quella, chè d'aura ſpiritale in fragil corpo ſi nutre à limitati giorni; mà ch'oltre le ceneri viuendo anche glorioſamẽte ne' Poſteri, per così dire, s'eterna con acquiſto di ſeggio immortale ne' ſtellati Chori. Saggio, ò quanto! ch'à queſta più degna Vita riuolſe il penſiere, e con le virtuoſe operationi ſeppe facilitarſene ſtudioſo l'acceſſo. Mà, perche dal girar de gli anni, e dalla voracitade dell'inuido Tempo, non è coſa quagiù, che non ſi ſcemi, non ſi diſtrugga, e per affatto quaſi non ſi conſumi, ben'intieramente fortunato colui dir ſi portebbe, il Nome, e i Geſti di cui vengono, per ſourano volere, dalle penne d'Ingegnoſi à caratteri più degni, che d'oro, ne' foglioſi Volumi (trofei di Perpetuità vincitrice ad onta di quell'edace Alato) dottamẽte regiſtrati: E per certo ben degno di compite lodi inſieme, chi voglioſo s'accinge à sì bell'opre, e sà trarli dalla tomba dell'obliuione alla vita d'vna loro per eternamente ſoſtenuta rimembranza, ſuſcitandoli nel noſtro poſſibil modo, per dirla, da' morti; il che volle inferire Caio Plinio al ſuo Tacito, ragguagliandolo della morte accaduta à Plinio, l'amato Zio, con queſto ſententioſo periodo: *Equidem beatos puto, quibus Deorum munere datum eſt, aut facere ſcribenda, aut ſcribere legẽda, beatiſsimos verò, quibus vtrunque.* V.S. ed è pur vero, mentre co'l nero de' ſuoi purgatiſſimi Inchioſtri rende al Mondo ben chiari i Geſti di quei Religioſi perſonaggi, che cõ mia particolar conſolatione leſſi nel ſuo HISTORICO APPARATO; ed anche im-

mortali co'l ſuo, di eſſi il Nome ne riportterà, ſenz'altro, la meritata gloria:. Proſeguiſca pur' ella in così degno vfficio, che così la Patria, come l'Alme felici di quegli andati ſoggetti ne reſteranno cō indicibile godimēto. Non riguardi, che, come diſſe tradotto il Greco Oratore Iſocrate: *Multi temere damnent non ſatis cognita*; è che *ſint, qui nihil agant, aliorum dicta, & facta tamen omnia cauillentur*; perche auuerrà in fine, ſoggionge lo ſteſſo, che *poſtea maxime probent diligentius conſiderata*; ed Ella n'hauerà la corona delle douute lodi. Chi ama la Patria, áma ſe ſteſſo: e chi ſia, chi, ſe ſteſſo amando, non procuri ad ogni ſuo potere l'vtile, e l'honeſto di ſe ſteſſo, e per conſeguēza anche della Patria? *Nobiliſſimi Ciuis eſt Patriæ ſuæ augmenta cogitare*, diſſe Caſſiodoro; *& ſuum quiſque induſtriam ad ſalutem, & fœlicitatem Patriæ conferre debet*, proferì il ſodetto Iſocrate: E chi pregia la Nobiltà della Patria; riueriſce l'Antichità di eſſa ancora, e chi la rauuiua; poiche ella è argomēto infallibile per celebrarſi ogni più riguardeuole Oggetto; onde ſi ſuole communemente dire: *Quicquid antiquitate excellit, venerandum.* Eſca alla luce del Mondo con felicitade il parto, dico l'Hiſtoria intiera dell'Illuſtriſſima Abbadia di Firenze, di cui hor ne godiamo il nobil concetto nel ſuo APPARATO in tanto: Ne ſtà all'eſpettatione anſioſa meco la volontà di molti. S'aricordi, la prego, che, ſecōdo l'vfficioſo detto del noſtro Caio Plinio di ſopra nominato à Capitone: *Pulchrum in primis videtur non pati occidere, quibus æternitas debetur, aliorumq; famam cū ſua extendere*: cō che, deſiderandole benigno ogni celeſte influſſo, con profondo inchino e bacio la dotta mano.

Di Milano il primo Maggio 1645.

Di V. S. M. Ill. & M. R.

Diuotiſs. ſeru.
P. Paolo Ormanico.

AD CANDIDVM AC BENIGNVM LECTOREM.

EXimius ille quondam Philoſophiæ Antiſtes, ac veritatis amantiſſimus, Plato, dicere ſolebat, Maiorem in hoc Mundo dilectionem inueniri vix eâ poſſe, quam quiſq; erga ſuam Patriam habet; *adeó vt nec labores, nec ærũnas, neq; carceres, ac ne mortem quidem ipſam timere debeamus. Ego verò, qui peculiari etiam inſtinctu, & inuſitata propenſione ferri me in Patriam meam ſentio, quid agere debeam? quidue pati non debeam, ſi opus ſit?* Virtutis iter ſudore Dij obuallarunt, *præclarè aiebat Xenophon. Sudores pertuli lubentiſſimus, & imperturbatus. Sed illud profectò me maximè concuſſit; quòd ſudoribus hiſce meis, neſcio quo fato, ſeſe hoſtiliter opponunt ij, quos fauere, auxiliari, præſtoq; per omnia eſſe decebat, oportebat. Opuſculum typis iam mandaui de geſtis Magni Comitis Hugonis: et in eo multa de Abbatia Florentina ſcitu digna recenſui, cuius alumnum, & amantiſſimum, me quidem profiteor. Subinde inſuper altero Volumine, ſimiliter euulgato, deſcripſi acta Magnæ Comitiſſæ Villæ, qua fundatrice Abbatia illa gloriatur: ſimulq; vitam explicui Beatorum Gometij Abbatis, ac Theuzonis Eremitæ. Et hæc quidem Viri docti, veritatis amantes & ingenui, tam in Patria quàm foris, commendarunt; contra verò pauci quidam ex ijs, quos paulò ante innuebam, tamquàm ex Apollinis tripode obiurgarunt, lectuq; indigna cenſuerũt: ac ſi quæ cauſa & ratio quæreretur, non aliud reſponderi re vera videbatur, quàm* Ipſe dixit: ne plura requiras.

Lib. 28. Critonis.

Lib. 2. de Rebus Socratis.

Non

Non ego tamen propterea deſpondi animo, & à meis laboribus deſtiti. Cumq; poſtmodùm plurima mihi chirographa perhumaniter ſuppeditata eſſent à Reuerendiſſimo Patre Conſtantino Caietano, Sancti Baroncij Abbate, Collegijquè Gregoriani ac Bibliothecæ Anicianæ Almæ in Vrbe Fundatore: necnon etiam multa Vincentiæ accepiſſem à Reuerendo Patre Fortunato Scola, Monacho Caßinenſi; ex his ego, multiſquè alijs à me diligenter ac fideliter collectis, Apparatum iſtum Hiſtoricum & Compendiariam Scriptionem interritus & adhuc nihilominùs erga Patriã gratus elaboraui, præloquè typographico ad publicam vtilitatẽ ſubieci. Laudemus Viros glorioſos, & Parentes noſtros in generatione ſua: *ſapientiſſimum eſt Eccleſiaſtici pronunciatum. Atque ſicut iſtud animo mihi altè fixum hæret; ſit etiam pro parte virili laudare conor tam inſignis Abbatiæ magnanimos Viros, prudentia, eloquẽtia, humilitate, claritate, miſericordia, iuſtitia, ſanctitate, reliquiſquè virtutibus præditos. Nos eorum filij fratres & nepotes ſumus: eorumquè ſemen in æternũ (ſi Deo Superiſquè placet) manebit. Sub eiuſmodi Virorum magiſterio noſtrum iſtud Monaſterium tanta pulchritudine maieſtate ac decore creuit, vt in Italia ſecundum locum, & in Thuſcia primum iam teneat. Sed ipſius encomia breuitatis ergo nunc omittantur: ad Opuſculum iſtud noſtrum redeamus. Verè dixerim primis tantummodò delineamentis ac ſine vllo ornatu deſignatũ eſſe; quippe quorumdam obſtitit adhuc inuidia. Meliùs & ornatiùs, vt ſpero, aliàs abſoluetur. Sic etiam Critolai libra ponderatum adhuc nõ eſt, aut ad Cleanthis lucernam emendatum. Feſtinanter ſiquidem hoc vtcũque perfeci;*

Eccl. 44.

quia

Homil. 22. in ſecundâ ad Corinth. quia periculum & metus erat in differendo; ſalus verò certa ac ſecura, ſi nulla eſſet dilatio; *vtar enim Chryſoſtomi verbis. Quód ſi qui fortè Momi ac ſuſurrones mihi adhuc in contrarium obſtrepant; ego quidem cum*

Pſal. 117. *Dauide Rege concinam*: De tribulatione inuocaui Dominum, & exaudiuit me. Dominus mihi adiutor; non timebo, quid faciat mihi homo; & ego deſpiciam

Pſal. 108. inimicos meos. Locuti ſunt aduersùm me linguâ doloſâ, & ſermonibus odij circumdederunt me. Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi; ego autẽ orabam. Et poſuerunt aduersùm me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. *Per hæc igitur & eiuſmodi alia ego me ſolabor: ac ſi fortè præmio non decorabor, non tamen omni apud Deum merito carebo. Quocirca Florentinæ nihilominùs Bibliothecæ tibi, Benigne Lector, Annales integros promitto: ac ſi typis eos mandare non poſſim; manuſcriptos ſaltem tradam; & Romæ in nobiliſsimâ Bibliotheca Aniciana, Florentiæ in Medicea, Mediolani autem in Ambroſiana relinquam. Vale.*

APPARATVS HISTORICVS,

Siue Compendium,

DE ILLVSTRIBVS ABBATIÆ FLORENTINÆ VIRIS.

Abbates Cluniacenſes, ſiue perpetui.

CAPVT I.

MARINVS, ABBAS I.

FLORENTIA, Vrbs Hetruriæ florentiſſima, non ſolùm propter amænitatem loci, verùm etiam propter hominum ingenia tale nomen ſortita eſt. Florentini quippe ſemper hac in primis laude floruerunt, perſpicaciſſimi ac prudẽtiſſimi eſſent: indeq; Bonifacius Papa Nonus ipſos quintum eſſe Elementum dicere ſolebat. Cùm verò Chriſtianis etiam Myſterijs imbuti fuiſſent; certè ſingulari etiam erga veri Dei Sanctorumquè cultum pietate claruerunt; idquè frequentibus etiam & magnificis tota paſſim Vrbe Templis & Cœnobijs luculenter indicarũt. Inter eiuſmodi Templa, ò Cœnobia citra dubium eminet Abbatia hodie Florentinenſis, Deiparæ ſemper Virgini dicata, & Anno

A reſti-

[In]ſtitutæ ſalutis Nongenteſimo nonageſimo fundata. Fundauit autem Vvilla, Bonifacio Vbaldi Ducis Spoleti filio genita, Vberto Vgonis Italiæ Regis filio nupta, & incliti Comitis Vgonis Hetruriæ Ducis Mater, ſanè quidem digniſſima: ſextuſquè tunc erat Annus Ioannis Papæ Decimiquinti, ſeptimus autem Ottonis Tertij, quintuſdecimus verò Baſilij & Conſtantini, Imperatorum. Eademquè Vvilla poſtmodùm, ſiue Nongenteſimo nonageſimotertio Dominicæ Incarnationis Anno, Abbatiam iſtam cum ſuis reditibus regendam Monacho cuidam natione Gallo, & ex nobiliſſima Congregatione Cluniacenſi, MARINO nomine, tradidit, publicumquè ſuper hoc Documentum Piſis confici iuſſit coram filio ſuo Vgone Comite, affiniq; pariter ſuo, Bonifacio Marchione, necnon etiã Epiſcopo Florentino Sãcto Podio, Gherardo ſecundo Epiſcopo Lucenſi, Antonio Epiſcopo Piſtorienſi, Sigifrido Epiſcopo Placentino ac Monacho Cluniacẽſi, Raimberto Epiſcopo Piſano, ac Ioãne Epiſcopo Mutinenſi, et coram Magnatibus Piſenſibus, Lucenſibus, atq; Florentinis. Idem igitur Marinus Abbas, præterquamquòd Abbatiam iſtam prudentiſſimè rexit, fuit etiam valde pius, vixitq; vſq; ad Annũ circiter 1029. ſic enim colligitur è Chirographis, ſiue publicis Documentis Fundationis ipſius Vvillæ, atq; Donationũ Incliti Comitis Vgonis, atq; Bonifacij Marchionis. *De hoc agunt Abb. Conſt. Caiet. Fortun. Scola monachus S. Felicis Vincentiæ, Bibliotheca Aniciana, Auctor incertus.*

PETRVS PRIMVS, ABBAS II.

PEtrus primus ſucceſsit Marino, vir nobiliſsimus, qui præter alia quamplurima ſuæ charitatis ac

munificentiæ inſignia, Hoſpitale illud pro Peregrinis ſuſcipiendis, quod aliàs iuxtà Eccleſiam S. Proculi conſpicere erat, ædificari iuſſit. Hic vixit vſq; ad annum circiter 1060. *ex manuſcriptis Conſt. Caie. diplo. Conradi Imp. actum Radiſbonæ.*

PETRVS SECVNDVS ABBAS III.

PEtro primo ſucceſſit Petrus ſecundus, vir doctiſſimus, qui vt in ſpiritualibus vigilantiſſimus fuit, ita etiam in temporalibus prouidentiſſimus; hic fuit tū Gregorij Vercellenſis, Petri Florentinenſis, Tranſmundi Feſolanenſis, Leonis Piſtorienſis Epiſcoporum, Gottefridi Ducis, necnon vxoris eius Beatricis amiciſſimus. Ædificauit Hoſpitale S. Nicolai propè Carceres ſtincarum, interfuit Concilio Florentino anno 1103. *de hoc agunt Baro. to. XI. an. 1063. Legatum Fundationis ſupradicti hoſpitalis, Abb. Caieta. Fortunatus Scola.*

IOANNES PRIMVS ABBAS IV.

IOannes primus Abbas quartus, fuit vir integerrimus, ipſe Abbatiam, quam ſoli ſedi Apoſtolicæ ſubijci curauit, à iuriſdictione Rainerij Epiſcopi Florentini eripuit, *vt patet ex diplomate Paſchalis ſecundi de an.* 1108.

BERNARDVS PRIMVS ABBAS V.

IN eius loco ſucceſſit Bernardus primus huius nominis, qui, vt erat vir prudentiſſimus, ita eius conſilio Gottefridus Epiſcopus Florentinus in omnibus vtebatur, viuebat anno 1120. *vt patet ex libro Contractuum Abbatiæ Florentinæ.*

BERNARDVS SECVNDVS ABBAS VI.

BErnardus ſecundus venit poſt Bernardum primũ, vir verè magnanimus, qui viuebat anno 1188. *Vt accepi in famoſiſſima Bibliotheca Aniciana doctiſsimi Conſt. Caietani ex ecepijs diplomatum Alexan. tertij ſub datum Anagniæ Kal. Maij Indi. nona & Clementis tertij de anno 1188. ſub datum Laterani.*

BENEDICTVS PRIMVS ABBAS VII.

BEnedictus huius nominis primus vir vtiquè Iſdraelita, in quo nec dolus, nec malitia licuit ſuſpicari, ſed morte præuentus paucis diebus Abbatiam adminiſtrauit. *De hoc Abb. Caie. For. Scola, Autor Incer.*

ILDERAMIS ABBAS VIII.

ILderamis Abbas octauus, vir & ſuæ iuriſdictionis, & Abbatiæ Priuilegiorum Zelantiſſimus; ita vt diù pro eorundem defenſione, vnà cum Petro Epiſcopo Florentino litigauit, ac tandem à Celeſtino Papa tertio optatam contra dictum Epiſcopum obtinuit ſententiam anno à partu Virginis 1198. *ex Biblib. Aniciana Romæ.*

MATTHÆVS ABBAS IX.

MAtthæus Abbas fuit vir diuini cultus Zelantiſſimus, ipſam Monaſterij Plateam, vbi antiquitus Vinea colebatur, vnde etiam nunc ipſa via, quæ in illa reperitur (propè Palatium Iuſtitiæ) vineæ nomen ſortita eſt, alienauit an. ſalutis 1223. 18. Kal. Apri. & anno 1209. erexit, atq; fundauit Eccleſiam SS. Simonis & Iudæ Apoſtolorum, vixit vſq; ad annũ 1223. *de hoc agunt Conſt. Caie. Autor Incertus.*

BARTHOLOMÆVS PRIMVS ABBAS X.

BArtholomæus Abbas decimus, vir verè pius, qui Chorum & Latarium maiorem, in quo nũc Tumulus eſt magni Comitis Vgonis ædificari iuſſit: Eccleſiam quoq; SS. Simoni ac Iudæ dicatam amplificauit, cum Epiſcopis Florentinis Ioanni à Velletri atq; Ardingo amicitiam ſemper ſeruauit. A Greg. 9. Papa confirmantur Priuilegia Alex. 3. ac Clem. 3. & recipitur ſub protectione ſua, ac ſedis Apoſtolicæ. *de hoc Tabu. marmorea apud lauuam Eccle. S S. Simonis & Iudæ, Biblio. Aniciana, ac diploma Gregorij noni ſub datum Peruſij an. 1228. 4. Kal. Februa. Indictione ſecunda.*

VENTVRA ABBAS XI.

VEntura vndecimus Abbas, monachus celeberrimi Monaſterij S. Bartholomæi de Feſulis Ordinis S. P. Benedicti, electus eſt à Monachis Florentinis ob diſcordiam inter eos natam, qui vt erat vir vitæ integerrimæ, necnon ſcientiarum gemma præfulgidus, à Gregorio decimo Abbas confirmatur circa annum 1271. *ex Biblio. Aniciana, For. Scolæ, Aut. Incer.*

DEODATVS ABBAS XII.

DEodatus Abbas, Eccleſiã S. Proculi propè dictam Abbatiam perfici curauit an. Domini 1278. tempore Nicolai Papæ tertij. vixit vſque ad annum circiter 1283. *ex Tabula marmorea in dicta Eccleſia S. Proculi. Autor incertus.*

MAFFÆVS ABBAS XIII.

MAffæus tertius decimus Abbas, vir non minus ingenioſus, quam pius; Eccleſiam reſtaurauit, quam & optimis coloribus, & varijs picturis vn-

deq́uaque illuſtrauit. Hic ab Honorio Papa quarto indultum accepit colligendi mille libras ſuper vſuris & malè acquiſitis in tota Feſulana & Piſana Diœceſi anno primo ſui Pontificatus. *De hoc Regiſtrum Vaticani Honorij quarti num. 294. pagina 80. M. S. Cornelij Margarini mona. S. Pauli de Vrbe.*

RVSTICVS ABBAS XIV.

RVſticus Abbas ſucceſſit Maffæo, ſed morte præuentus paucis diebus Abbatiam adminiſtrauit. *M. S. Abb. Con. Caie. For. Scolæ.*

AZZO ABBAS XV.

AZzo Abbas quintus decimus Eccleſiam SS. Simonis & Iudæ Apoſtolorum cuidam presbitero nomine Nello conceſsit anno 1297. & anno 1321. conſtituit Rectorem Eccleſiæ S. Proculi D. Rodulphum monachum. Hic libertatem Eccleſiaſticam contra Rempublicam Florentinam propter quorundam pedagiorum impoſitionem acerrimè defendit, ideò Turris ſacra ordine Paſſę de Zatis, & Vita de Altouitis deuaſtata fuit vſq; ad mediũ, & Abbatia à Plebe depredata fuit, vixit vſque ad an. 1326. *de hoc, diplomata Io. XXII. & Benedicti XII. Bibilio. Aniciana. Autor incer. For. Scola.*

Abbates Commendatarij ab anno 1326. vſque ad annum 1419.

CAPVT II.

IOANNES SECVNDVS, ABBAS XVI.

PRIMVS Abbas Commendatarius, ordine verò ſextusdecimus, fuit Ioannes ſecundus huius nominis, Caietanus de Vrſinis Romanus, Cardi. S. Theodori. Hic à Io. Papa XXII. Romandiolæ, Piceni, Hetruriæ, Vmbriæ, ac Sardiniæ Inſulæ Legatus, & Pacificator creatus, Florentiam acceſſit Anno 1326; vnde per obitum ſupradicti Venerabilis Azzonis ipſam Abbatiam Florentinam à ſupradicto Pontifice obtinuit in Commendam, quam & vſq; ad annum 1336. adminiſtrauit. *De hoc Hiſtor. monaſtica D. Petri Recordati dia. 3. pag. 311. diplomata Pontificum Io. XXII. ac Benedicti XII. Abb. Con. Caie.*

IO. TERTIVS, ABBAS XVII.

IOannes huius nominis tertius, Monachus Benedictinus, atque Prior S. Pauli Caiadonis, Vaurinenſis Diœceſis, Vir vitæ inculpabilis, ac doctrinæ tàm eximiæ, *vt doctor doctorum* meritò appellaretur. Hic Abbatiam poſt ſupradictum Cardinalem Vrſinũ in cuſtodiam accepit, atq; benedictus fuit à Grauſelmo Epiſcopo Albanenſe. *Patet hoc ex diplomate Benedicti Papæ duodecimi anno ſui Pontif. tertio, a Partu Virginis 1337: ſub datum Auenione XVI. Kal. Iunij.* vixit vſq; ad annum 1342.

NICO-

NICOLAVS, ABBAS XVIII.

NIcolaus primus, Florentinus, ex Illuſtriſſima familia de Malpilijs procreatus, ac nepos celeberrimi Cardinalis Andreæ, Amiciſſimi Regis Galliæ. Hic V. I. Doctor eximius, Pauperum aduocatus, magis exemplo, quam verbis, virtutem commendauit; dictæ Abbatiæ adminiſtrationem accepit à Clemente Sexto, Eccleſiam SS. Simonis & Iudæ Apoſtolorũ Ioanni cuidam presbytero regendam tradidit, per cuius mortem eandem alteri nomine Bancho Troncolino item presbytero contulit An. 1348. *De hoc agunt M. S. Abb. Con. Caie. & Clariſſimi Caroli de Strozzis, Thomæ filij.*

GHERARDVS, ABBAS XIX.

GHerardus, Commendatarius quartus, adminiſtrationem tenuit circa Annum 1353. *Autor Incertus. D. For. Scola Vicentinus.*

IOANNES, ABBAS XX.

IOannes quartus, vir maximæ eruditionis, & in negotijs gerẽdis expertiſſimus, factus eſt Abbas circa Annum 1359. Huic Vrbanus V. reconciliationem inter Epiſcopum Vercellenſem & Galeatium de Vicecomitibus commiſit; tùm bonorum S. Stephani Pratenſis recuperationem, vt patet ex litteris directis à dicto Pontifice ad Bernabouem de Vicecomitibus Anno Domini 1365. *Ex Regi. Vaticani Vrbani Papæ V. anno 3. ſui Pont. nu. 26. 58. 231. 232. m. s. D. Corn. Marg.*

PETRVS, ABBAS XXI.

PEtrus tertius, Florentinus, ex Illuſtriſsima familia Curſinorum genitus, Commendatarius ſextus

Epiſco-

Epiſcopus Florentinus, deinde Card. SS. Laurentij, & Damaſi, Epiſcopus Portuenſis, ac S. Ruffinæ, vir eruditiſſimus, inuenitur Abbas factus, quando in Eccleſiæ Parochiali S. Proculi presbiter Stephanus filius Bartoli ab ipſo eſt veſtitus. Hic vixit in Cardinalatu annis 36. in Abbatiali verò dignitate vſq; ad annum 1398; ac tandem obijt Auinione, & in Eccleſia Auguſtinianorum tumulatus fuit an. 1405. demum à Conſanguineis in Cathedrali Florentina delatum fuit Cadauer eius. *Alfonſus Ciacc. lib. 2. de vitis Pontificum. m. s. Abb. Con. Caie. D. For. Scolæ. Aut. Incer.*

ANGELVS ABBAS XXII.

ANgelus primus, Abbas vigeſimus ſecundus, ſed ſecundus huius nominis ex nobiliſsima proſapia de Acciaiolis Epiſcopus Florentinus, poſtea Card. S. Laurentij in Damaſo, Epiſcopus Oſtien. ac Veliter. Decanus ſacri Collegij, atq; Cancellarius S. R. E., vir in omnibus expertus, ac doctiſsimus. Gubernator fuit Regni Neapolitani, Legatus Pontificis, atq; Cuſtos Ladislai Regis Vngariæ. Abbatiam obtinuit in Commendam an. 1398. vt apparet in collatione Eccleſiæ SS. Simonis & Iudæ Apoſtolorum, Vincentio cuidã presbytero filio Iacobi, per Monacos ac Vicarium dicti Commendatarii nomine Bartholomæo de Antella facta, obiit in Concilio Piſano an. 1407. ac tandem in monaſterio Cartuſianorum prope Florentiam legitur tumulatus. *de hoc agunt m. s. Abb. Con. Caie. For. Scola, Autor Incer.*

NICOLAVS ABBAS XXIII.

NIcolaus huius nominis ſecundus Abbas vltimus Commendatarius, ex nobiliſsima Guaſconorum

familia oriundus, à Gregorio XII. Abbas factus circa annum 1404. Hic fuit vir bellicoſus, Sigiſmundo Imperatori, ac Regi Neapolitano carus; interfuit Concilio Conſtantienſe, tùm demum á multis calamitatibus perpeſſus Abbatiã B. Gometio Luſitano, à quo & habitum monaſticum accepit, ceſsit, ac tandem cum Sanctitatis odore in Cænobio S. Iuſtinæ Patauii ex vita migrauit, circa annum 1420. cuius tempore à monachis, ac F. Vbertino de Albizis ordinis Prædicatorum eius Vicario Eccleſia SS. Simonis & Iudæ Apoſtolorum. D. Franciſco filio Antonii de Mazzinghis Canonico Eccleſiæ. S. Laurentii regenda conceſſa eſt. *de hoc agunt Iacobus Couactus li. 5. m. s. Abb. Iſidori Squarcialupi, Abb. Gon. Caie. Abb. Hierony. a Florentia, D. Seraphi. Neapolitanis ac D. For. Scol.*

Abbates Congregationis S. Iuſtinæ de Padua nunc Congregationis Caſinenſis ab an. 1419. vſq; ad annum 1504.

CAPVT III.

GOMETIVS ABBAS XXIV.

BEATVS GOMETIVS nobilis Luſitanus habitu religioſo indutus in Monaſterio Diuæ Iuſtinæ de Padua an. milleſimo quadringenteſimo duodecimo, primùm diſcipulus fuit magni Ludouici Barbi, à quo ad reformandã Abbatiam Florentinam miſſus, & à Nicolao de Guaſconibus

Abbate Commendatario vocatus eandem rexit viginti duobus annis. Huius doctrina, ſed præcipuè manſuetudo, ac pietas tanta fuit, vt facilè omnium in ſe Florentinorum Ciuium prouocarit affectum, ac propterea, non modò Procurator, ac pupillorum defenſor, ſed etiam ipſius Reipublicæ Florentinæ Secretarius ac Theologus ab ijſdem eſt electus. Præter hæc Generalis Camaldulenſium factus: Viſitator Apoſtolicus Monialiũ ac Monachorum dictæ Ciuitatis; immò & totius Regni Luſitani: Cõmẽdatarius S. Crucis Coimbriæ; Orator Eduardi Regis Luſitaniæ apud Eugenium IV., & in eodem Regno Nuncius Apoſtolicus dicti Eugenij: Fundator inſignis monaſterij Monialium Muratarum: obijt tandẽ in Ciuitate Coimbria, & apud S. Crucem tumulatus fuit an. 1441. Eius acta iam alibi videri poſſunt in eius vita à me ſcripta, ac typis mandata Mediolani.

IOANNES QVINTVS ABBAS XXV.

IOannes quintus de Primis Ciuitatis Catanenſis, item alumnus S. Iuſtinæ de Padua, Abbatiam Florentinam adminiſtrauit circa an. 1440. Hic fuit vir vitæ inculpabilis ac tantæ peritiæ, vt bis in Congregatione noſtra ad Præſidentiam euectus, multa Monaſteria gubernauit: Ab Eugenio quarto, (qui eius opera in arduis quibuſcunq; ſedis Apoſtolicæ negotijs ſemper vſus eſt) Cardinalis tandem S. Sabinæ creatus ſit: obijt verò cum odore ſanctitatis apud S. Seuerinum Neapoli an. 1449. *Ciouaccius li. 5. Arnold. vuion in Ligno Vitæ li. 2. c. 8. & li. 5. c. 7. Hiſto. Sublacen. Cherubini Mirti, m. s. Cornelii Margarini, Abb. Hieronymi à Potentia: Abb. Caie. & alii nonnulli.*

IGNATIVS ABBAS XXVI.

IGnatius primus de Franchis Ianuenſis, monachus S. Nicolai Lictoris Venetiarum, vir magnæ auctoritatis, atq; conſilij; de cætero pius, manſuetus, atq; doctus; hic plurieś Abbatiam Florentinam gubernauit, ſed prima vice circa annum 1441. paucis menſibus. Multa præterea alia Cęnobia ſapientiſſimè gubernauit, itaut quater officium Præſidentis, ac dignitatē in Congregatione noſtra meruit obtinere; ipſe etiam carus fuit Pio II. à quo Nuncius Apoſtolicus electus. *De hoc Arnoldus Vuion lib. 5. cap. 7. Couaccius lib. 5., M. S. Chyrographa profeſſionum Abbatiæ Flor., D. Cor. Margarinus, Matric. Monachorum Bibliothecæ S. Simpliciani Mediolanenſis, Abb. Con. Caieta.*

PAPHVNCIVS ABBAS XXVII.

PAphuncius de Capriata Ianuenſis dominij, profeſſus S. Benedicti de Padolirone in agro Mantuano, vir timens Deum, ac ſumma prudentia præditus, multá Monaſteria gubernauit, ſed paucis menſibus Abbatiam Florentinam an. 1442. Præſidens Generalis aliquando dictæ Congregationis factus, obiit Abbas S. Sixti Placentiæ. *De hoc Couaccius lib. 5. Arnol. Vuion lib. 5. cap. 7. Hiſtoria Abbatis Lucbini cap. 71. 72. 75. 76., Hiſto. Abbatis Hieronymi a Potentia, Abbas Fortunatus Vlmus. Abb. Con. Caie. Matri. S. Simpliciani.*

HIERONYMVS ABBAS XXVIII.

HIeronymus primus Venetus, duplici ſpiritu zeli, & charitatis ornatus, circa annum 1442. Abbatiam Florentinam rexit, ibiq; mortuus eſt eodem anno. *M. S. chyrographa Profeſſionum. Lib. Niger mortuorum*

ſacrarij Abbatiæ Florentinæ, Abb. Conſtant. Caieta. Fortun. Scola.

IGNATIVS ABBAS XXIX.

IGnatius de Franchis ſecunda vice Abbas fuit anno 1443. vſque ad annum 1446.

EVSEBIVS ABBAS XXX.

EVſebius primus Mutinenſis, monachus S. Benedicti in agro Mantuano, vir doctus, atque pius, ipſe rexit Abbatiam Florentinam annis duobus. *De hoc agunt Abb. Luchinus cap. 19. chyrograph. Profeſſ. Lib. Nig. mortuorum, & nonnulli alii.*

ARSENIVS ABBAS XXXI.

ARſenius Belga à Villalonga Dioceſis Liegæ, dicta Leodium Eburiorũ in Flandria, alumnus S. Pauli de Vrbe, bis præfuit noſtræ Congregationi, factus eſt Abbas Florentiæ anno 1447. vſque ad annum 1448. completum. Ipſe cubicularius fuit Eugenii quarti, Cõſiliarius Nicolai quinti, ac Cardinalis Turrecrematæ amiciſſimus, obiit Romæ apud S. Paulum anno 1457. *De hoc agunt Platina in vita Eugen. quarti, Arnol. Vuion. lib. 5. cap. 7. Card. Turrecremata in Comment. Regulæ S. P. Benedicti, Tabulæ Archi. S. Pauli de Vrbe, ac S. Nicolai de Arenis, Corn. Margarinus, Lib. Nig. mortuorum.*

IGNATIVS ABBAS XXXII.

IGnatius de Franchis tertia vice Abbas Florentiæ factus anno 1448.

EVSEBIVS ABBAS XXXIII.

EVſebius primus à Mutina Abbas factus ſecũda vice anno 1449. Hic emit à familia de Sacchettis Turrem, & domos prætio aureorum 920. pro ædificanda

domo

domo Infirmorum, *ut patet ex Inſtrumento venditionis*.

IGNATIVS ABBAS XXXIV.

IGnatius Franchus quarta vice Abbas Flor. anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo.

BENIGNVS ABBAS XXXV.

BEnignus à Paſma monachus S. Benedicti in agro Mantuano, vir ſapientiſſimus, Abbas Florentiæ creatur anno 1450, ibiq; obiit anno ſequente. *De hoc M.S. Abb. Con. Caie. Lib. Nig. mortuorum; For. Scholæ.*

IGNATIVS ABBAS XXXVI.

IGnatius Franchus quinta vice Abbas factus Abbatiæ Florentinæ anno 1451. eam rexit tribus annis.

HIERONYMVS ABBAS XXXVII.

HIeronymus huius nominis ſecundus de Primis Siculus, frater ſupradicti Card. Ioannis de Primis profeſſus S. Pauli de Vrbe, vir doctus, atq; pius, officium Abbatis exercuit ab anno 1454. vſque ad annum 1455. vniuit Parochialem S. Martini de Menſuala, noſtræ Abbatiæ. *De hoc M.S. D. For. Schol. Abb. Con. Caiet. Auct. Incerti.*

LVCAS ABBAS XXXVIII.

LVcas primus de Sancto Quintino, vir Iuſtus, ac prudens, ex monacho Abbatiæ Florentinæ, eiuſdem Abbas factus, adminiſtrauit ab anno 1455. vſq; ad annũ 1457. *de hoc agunt D. For. Scola Abb. Con. Caie. lib. Niger. mortu.*

IGNATIVS ABBAS XXXIX.

IGnatius de Franchis ſexta ac nouiſsima vice Abbas factus ac Præſidens, tandem moritur cum odore Sanctitatis, & magno cum honore Florentinorũ in Capitulo

lo veteri noſtræ Abbatiæ tumulatus anno 1460.

LVDOVICVS ABBAS XXXX.

LVdouicus de Agludio Pedemontanus, alumnus S. Spiritus Ticinenſis Ciuitatis, Abbas Florentiæ an. 1460. eam adminiſtrauit tribus annis. Vir doctiſsimus, atq; Vigilantiſsimus, ideò commiſſa eſt cura plurimorũ Cænobiorum, cuius & dignitatem Præſidentis Generalis ter obtinuit. *de hoc agunt Hiſto. Abb. Luchini cap. 86. 87. Arnol. Vuion. li. 5. cap. 7. Matri. monachorum Biblio. S. Simpliciani, lib. Nig. mortuorum. Abb. Fortunatus Vlmus. Chirogra. profeſſionum.*

SEVERINVS ABBAS XXXXI.

SEuerinus Bitontinus profeſſus S. Sixti Placentiæ, Abbas Florentiæ an. 1463. eam rexit tribus annis. Vir doctus ac bonus, multa Monaſteria rexit, ac dignitatem primam noſtræ Congregationis quater obtinuit. *de hoc agunt Couaccias li. 5. Arnol. Vui. li. 5. c. 7. Abb. Hiero. a Potentia. Biblio. Aniciana. Matri. S. Simpliciani.*

LVCAS ABBAS XXXXII.

LVcas de S. Quintino ſecũda vice factus Abbas Florentiæ anno 1466. vnico anno eam rexit. Ipſe obiit Abbas S. Mariæ apud Ceſenam anno ſalutis 1481.

BERNARDVS ABBAS XXXXIII.

BErnardus tertius Placentinus à Burgo Vallis Tari, vir vitæ integerrimæ, profeſſus S. Georgii maioris Venetiarum (hoc Cænobium dicitur S. Georgius maior, ad differentiam Monaſterii S. Georgii de Aloga, id eſt, vt antiquitùs dicebatur dell'Erba) & Abbas factus anno 1467. eam rexit circa quatuor annos. Ipſe Abbatiæ noſtræ Eccleſiam S. Ioannis de Sillano Dioce-

ſis Volaterræ incorporauit; ſexieſq; Præſidentiam noſtræ Congregationis obtinuit, ideòq; nonnulla Cœnobia ei aggregauit. Huius ingenium præclara quæ ſuis poſteris reliquit opera ſatis teſtantur; obijt anno à partu Virginis 1486. *De hoc agunt Arnol. Vuion. lib. 2. cap. 63. & lib. 5. cap. 7. Conaccius lib. 5. Abbates Caietanus atq; Vlmus. Chyrog. profeſ. Abbatiæ Florentinæ, Cornelius Margarinus, Fortunatus Scola.*

SALVATOR ABBAS XXXXIV.

SAluator de Acerbis de Florenziola alumnus S. Proculi Bononienſis, Abbas Florentinæ creatur anno 1470. Ipſe ſepulchrum porphireticum ordinauit, in quo clauſit corpus Vgonis Comitis. nunc dictus Sarchopagus aſſeruatur in Pomario Bardi Curſi, vt in fine huius operis oſtendam. *de hoc agunt Abb. Con. Caie. Chirog. profeſ. Abbatiæ Florentinæ, lib. niger Sacrarii.*

SEVERINVS ABBAS XXXXV.

SEuerinus à Bitonto ſecunda vice Abbas Florentiæ factus an. 1472. obiit Romæ apud S. Paulum, anno Dominicæ Incarnationis 1486.

ANTONIVS ABBAS XXXXVI.

ANtonius Maurus nobilis Venetus monachus S. Iuſtinæ de Padua, Vir non minus pius, quam in ſacris litteris eruditus, Abbas Florentiæ creatur anno 1476. Ipſe Paduæ in Cœnobio ſuæ profeſſionis obiit, ac maximo cum honore tumulatus fuit an. 1489. *de hoc agunt Conaccius lib. 5. Abbates Caietanus, Vlmus, atque Hieronim. à Potentia.*

GERMANVS ABBAS XXXXVII.

GErmanus Placentinus alumnus S. Sixti, eiuſdem ciuitatis Abbas factus an. 1478. Ipſe ſepulchrũ no-

bili ſſimum marmoreum (vbi nunc glorioſiſſimi Vgonis oſſa aſſeruantur) ab eo inceptum perfici curauit. *de hoc agunt lib. Niger Sacrarii, atq; Chyrog. profeſs. Abbatiæ. Floren. Biblio. Aniciana.*

SALVATOR ABBAS XXXXVIII.

SAluator de Acerbis iterum Abbas an. milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimonono.

GERMANVS ABBAS XXXXIX.

GErmanus à Placentia ſecunda vice Abbas an. milleſ. quadring. octuageſimo.

BENEDICTVS ABBAS L.

BEnedictus huius nominis ſecundus de Amerighis nobilis Florentinus, monachus primùm noſtræ Abbatiæ, deinde Abbas factus, eandem adminiſtrauit an. 1482. Ipſe Eccleſiam SS. Simonis & Iudæ Apoſtolorum dicatam cuidam nomine Nicolaò de Albizis curandam conceſſit an. 1483. Qui dum Viſitatoris munere fungeretur, Neapoli apud S. Seuerinum moritur an. 1487. *De hoc agunt Abb. Con. Caie. For. Scola. Autor. Incertus.*

FLORIANVS ABBAS LI.

FLorianus à Bononia alumnus S. Benedicti in agro Mantuano, paucis menſibus noſtram Abbatiam admiſtrauit anno 1487. Obijt Romæ apud S. Paulum. *de hoc lib. Niger Sacrarij, Chyro. profeſ. Abb. Floren. Biblio. Aniciana.*

IO. EVANGELISTA ABBAS LII.

IO. Euangeliſta à Mediolano alumnus S. .... vir doctus, atq; in pauperes munificentiſſimus, multa Cænobia adminiſtrauit, Florentinum verò an. 1488.

de hoc agunt For. Scola. lib. Nig. Sacrarij.

VRBANVS ABBAS LIII.

VRbanus ex Germania monachus S. Iuſtinæ de Padua, noſtram Abbatiam gubernauit an. 1490. Ipſe Molendina Rouazzani in Flumine Arni prope Florentiam emit prætio aureorum 836. *For. Scola. Autor Incertus.*

CELSVS ABBAS LIIII.

CElſus de Guglielmis ex Caſtro Rotę Dominij Veronenſis, S. Iuſtinæ de Padua profeſſus, vir monaſticæ diſciplinæ Zelantiſſimus, Abbas Florentiæ an. 1491. Hic Molendina ſupra Flumen Arni ſita à Florentia duo milliaria diſtantia emit prætio aureorum 700. *de hoc agunt Abb. Caie. For. Scola. Autor. Incertus Lib. Niger.*

IO. EVANGELISTA ABBAS LV.

IO. Euangeliſta primus à Mediolano, iterum Abbas Florentiæ electus an. 1492. cuius adminiſtrationem paucis menſibus tenuit.

PLACIDVS ABBAS LVI.

PLacidus Veronenſis, profeſſus S. Nazarij eiuſdem Ciuitatis, vir doctus, atq; monaſticæ diſciplinæ zelantiſſimus, Abbas Florentiæ an. 1492. Alia etiam quamplurima Monaſteria maxima cum prudentia gubernauit, immò Præſidentiam in noſtrâ Congregationem obtinuit, obijt verò Patauij apud S. Iuſtinam an. 1501. *de hoc Couaccius lib. 5. Arnol. Vuio. lib. 5. cap. 7. Abb. Hieron. à Potentia, liber mortuorum S. Iuſtinæ de Padua.*

IACOBVS ABBAS LVII.

IAcobus à Ianua monachus S. Nicolai de Buſchetto prope ipſam Ianuen. Ciuitatem, Abbatiam Florentinã accepit an. 1496. Hic fuit Vir æquè pius, ac ſtrenuus, multiſq; præfuit Cænobijs, & primam ſedem noſtræ Congregationis bis obtinuit, ac demùm in ciuiuitate Bononienſi apud S. Proculum extremum clauſit ſpiritum an: 1506. Nonnulli putant hunc eſſe alumnũ S. Sixti Placentiæ, ſed ego ſequor Arnoldum Vuionẽ in ligno vitæ lib. 5. cap. 7. 8. *Tabulæ Archiu. S. Iuſtinæ de Padua, ac S. Spiritus Papiæ.*

EVSEBIVS ABBAS LVIII.

EVſebius ſecundus huius nominis ex familia nobiliſſima de Fontana Ciuitatis Mutinenſis, profeſſus S. Nicolai de Lictore prope Venetias, Vir æquali prudentia, ac doctrina præditus, Abbatiam Florentinam adminiſtrauit, in qua multa bona fecit an. 1500. Ipſe poſt nouiſſimum Commendatarium iuſſu IulijPapæ ſecundi poſſeſſionẽ accepit Inſignis Cænobii montis Caſſini, primus eiuſdem ex Congregatione noſtra Abbas factus eſt, cuius Congregationis Præſidentiam etiam obtinuit, necnon quamplurimis aliis præfuit Cænobiis, ac tandem obiit Mutinæ, maximo cum honore Ciuium Mutinenſium, tumulatus fuit apud S. Petrum. *de hoc agunt Arnol. Vuio. lib. 1. c. 15. 16. lib. 5. c. 7. Matri. S. Simpliciani, Tab. Archi. Caſſini, S. Saluatoris ac S. Spiritus Ticinenſ. Couaccius lib. 6. Abbates Caie. ac Hiero. a Potentia.*

LAVRENTIVS ABBAS LIX.

LAurentius ab Alexandria alumnus S. Mariæ Praleæ in agro Patauino, Abbas Florẽtiæ an. 1501. *Vt videre eſt in libro Nigro recordationum ſacrarij eiuſdem Abbatiæ.*

SYMON ABBAS LX.

SYmon filius Laurentij de Bondelmontis viri nobiliſſimi, vir tam doctrina, quàm multis alijs virtutibus, ſed præcipuè manſuetudine clarus, Abbatiæ Florentinæ monachus, deinde Abbas eiuſdem factus an. 1502. *De hoc chyrog. profeſſ. Abb. Floren. lib. Nigr. mort. Matric. S. Simplic.*

Abbates Congregationis Caſsinenſis ab an. 1504. vſque ad præſentem diem.

CAP. IV.

ANno reſtitutæ ſalutis 1504. Iulius Papa ſecundus vniuit Monaſterium S. Patris Benedicti de Monte Caſino, Congregationi S. Iuſtinę de Padua, præcipitq; dict. Pontifex ob honorẽ tanti Cænobij, vt deinceps Congregatio Caſinenſis nuncuparetur, & non amplius S. Iuſtinæ, ideòque reliqui Abbates qui in hoc libro ſequuntur ſunt Congregationis Caſinenſis, aliàs S. Iuſtinæ de Padua.

IGNATIVS ABBAS LXI.

IGnatius huius nominis ſecundus filius Manfredi ex nobiliſſima Squarcialuporũ familia oriundus, primùm

mùm monachus noſtræ Abbatiæ, deinde eiuſdē Abbas primus Caſinenſis; ſed in ordine ſexageſimus primus de anno 1504. Hic fuit vir doctiſſimus, mitis, ac diuini cultus zelātiſſimus; multa ſcripſit vtiliſſima, præfuitq; multis Cænobijs, ſed præcipuè Caſſinati: quinquies Pręſidentiam obtinuit in noſtra Congregatione; quorum omnium adminiſtratione relicta, die noctuque in ſacris litteris exercuit. *De hoc agunt Arnol. Vuion. lib. 1. cap. 15. 16. lib. 5. cap. 82. Conaccius lib. 6. Petrus Record. dia. 4. pag. 457. Diplomata Leonis x. ſub datum Romæ anno 1514. anno ſecundo ſui Pontificatus; Tabulæ Archiu. montis Caſini, S. Pauli de Vrbe, S. Scolaſticæ Sublacen. Abb. Caiet. Fortun. Scola, & nonnulli alij.*

MODESTVS ABBAS LXII.

Modeſtus Patauinus vir zelantiſsimus monaſticæ diſciplinæ, Abbas Florętiæ creatus eſt circa annum 1510. *De hoc Bibliot. Aniciana, Fort. Scol., Autor Incertus.*

SYMON ABBAS LXIII.

Symon Bondelmontius ſecunda vice Abbas Florentiæ creatur anno 1510, ibique obiit plenus dierum anno 1511.

IO. BAPTISTA ABBAS LXIV.

Io. Baptiſta primus ex nobiliſsima familia Florentina de Albergottis, monachus Abbatiæ noſtræ, deinde eiuſdem Abbas factus anno 1511. vir magni conſilii, ac timoris Domini. *De hoc agunt Abb. Conſt. Caiet. Liber recordationum ſacr. noſtræ Abb. ſignatus D., Lib. Niger, Chyrog. profeſſ. Matric. S. Simpliciani.*

ISIDORVS ABBAS LXV.

ISidorus primus de Placentia, vir & ſuæ,& Monaſteriorum quibus præfuit iuriſdictionis defenſor acerrimus, Abbatiæ Florentinę adminiſtrationem accepit, quam paucis menſibus gubernauit,an. 1514. *Liber D. recordationum Lib. Nig. mortuorum For. Scola.*

IO. MARIA ABBAS LXVI.

IO. Maria primus Cremonenſis,monachus S. Iuſtinæ de Padua, Abbas Florentiæ anno 1514. vir magnæ prudentiæ, obijt Brixiæ apud S. Fauſtinum, dum eſſet Abbas Patauij,ac Viſitator Congregationis noſtræ. *de hoc agunt Couaccius lib.6. Matri. Monaſterii S. Simpliciani, Abbates Conſ. Caie. Hierony. à Potentia, lib. Niger. ſacrarii Abbatiæ Florentinæ.*

IGNATIVS ABBAS LXVII.

IGnatius Squarcialupus ſecunda vice Abbas an. 1517;non ſine magno ſanctitatis odore obiit,ac magno Florentinorum honore in capitulo veteri tumulatus fuit an. 1526.

IVSTINVS ABBAS LXVIII.

IVſtinus primus Hiſpanus alumnus S.Iuſtinæ Patauii; Vir in omnibus ſcientiis eruditus, Abbas Florentiæ, creatur an. 1518. cui vniuit Capellam S. Catherinæ Bouianenſis Eccleſiæ. Ipſe etiam aliorum Cænobiorum adminiſtrationem habuit, quibus omnibus ſpretis,titularis tandem obiit magno cum odore ſanctimoniæ apud S. Iuſtinā an. 1541. *de hoc agunt Arnol.Vuio. lib.p. cap.16. Lib. mortuorum S.Iuſtinæ,Tab.archi.Caſſinenſis, Abbates Caietanus,Vlmus,ac Hiero. à Potentia.*

HIE-

HIERONYMVS ABBAS LXIX.

HIeronymus huius nominis tertius Monferratenſis, monachus S.Ioan.Euangeliſtæ ciuitatis Parmenſis, vir non minus pius, quàm doctus, Abbatiæ Florentinæ præfuit an. 1520. ter Præſidens fuit, mortuuſque eſt in agro Mantuano apud S. Benedictum an.Domini 1528. *De hoc Arnol.Vuion.lib.5.cap.8.D. Corn.Margarinus, Matric.S.Simpliciani, lib.niger ſacr. Abbatiæ Floren.*

THOMAS ABBAS LXX.

THomas Placentinus, vir in pauperes largiſsimus, Abbatiam Florẽtinam adminiſtrauit an. 1522. *De hoc Fort.Scola, Abb.Caietan.chyrog.profeß. Abbatiæ Florentinæ.*

BENEDICTVS ABBAS LXXI.

BEnedictus huius nominis tertius Nouarienſis, profeſſus S.Saluatoris Ticinenſis, Abbas Florentiæ an. 1523. ſummę prudentię, modeſtię, ac patientię vir, orationis, charitatis, paupertatis amantiſsimus, obijt apud S.Mariam Ceſenę, *lib.niger, Abb.Caiet.*

THEOPHILVS ABBAS LXXII.

THeophilus de Mucinis Monachus Florentinus, vir integerrimus, Abbatiam Florentinam rexit an. 1525. ibique obijt an. 1530. *De hoc D.Fort.Scola, chyrog.profeſſ. lib.niger, Matric.S.Simplic.*

ISIDORVS ABBAS LXXIII.

ISidorus huius nominis ſecundus, filius Simonis de Rubbia, vir in doctrina, ac pietate celebris, ex monacho Abbatię Florentinæ, Abbas eiuſdem factus, ſapientiſsimè gubernauit circa annũ 1530. Hic fuit

Leoni

Leoni x. carus, cuius tempore Epiſcopatum ſibi oblatum recuſauit, ac tandem dum Viſitatoris munus exerceret Neapoli in Monaſterio S. Seuerini ſpiritum Deo reddidit an. 1533. *De hoc Abb. Conſt. Caiet. Fort. Scola, Matric. S. Simplic.*

AMBROSIVS ABBAS LXXIV.

AMbroſius primus filius Iacobi à Florentia, primùm alumnus Abbatiæ Florentinæ, deinde & Abbas eiuſdem factus anno 1533. Obtinuit à Paulo tertio ſummo Pontifice, vt Chriſmatis ſacramentum conferre poſsit in omnibus Eccleſijs iuriſdictionis dictæ Abbatiæ, vt ex Epiſtola Cardinalis Laurentii Cãpeggii Protectoris noſtræ Congregationis ſub datum Romæ an. 1537. die prima menſis Decembris Pontificatus eiuſdem S. D. N. Pauli tertii an. quarto, tandẽ obiit Aretii an. 1538. *For. Scola. Abbas Con. Caietanus.*

BASILIVS ABBAS LXXV.

BAſilius filius Thomæ de Ioannijs monachus item Florentinus, Abbatiam tenuit an. 1538. S. Andreæ Apoſtoli Eccleſiam primũ reſtaurauit, ac nouam deinde S. Stephani dicatam ædificari iuſſit in territorio Abbatiæ Tedaldæ, quas dictæ Abbatiæ Tedaldæ vniuit, obijtq; Florentiæ an. 1545. ætatis verò ſuæ 60. *de hoc Lib. Niger ſacra. Abb. Florentinæ, Abb. Con. Caie. Mat. S. Simpliciani.*

STEPHANVS ABBAS LXXVI.

STephanus de Catanis de Nouaria monachus S. Georgij Venetiarum, vir doctiſsimus, Abbas Florentiæ creatur an. 1542. Hic Præſidentiam noſtræ Cõgregationis bis obtinuit, à qua ad Iulium tertium ſummũ

Pon-

Pontificem Orator miſſus, ac tandem multis ab eo adminiſtratis Cænobijs obijt apud S. Benedicti in agro Mantuano an. 1558. *de hoc agunt Arno. Vuio. lib. 5. cap. 8. , Abbas Luchinus in ſua hiſtoria cap. 84. , Tab. Archi. S. Iuſtinæ de Padua, Matri, monachorum S. Simpliciani, Abbas Conſtant. Caic. Abbas Fortunatus Vlmus.*

ISIDORVS ABBAS LXXVII.

ISidorus huius nominis tertius filius Laurentij ex familia nobiliſſima Montautorum oriundus, monachus Florentiæ, eiuſdem Abbas conſtituitur circa annum 1543. Hic non tantùm doctrina, ac pietate, ſed etiam liberalitate in pauperes inſignis fuit, & à Sereniſſimo Coſmo Magno Duce Hetruriæ, S. Mariæ nouæ Hoſpitarius, & Abbas S. Ægidij eligitur. Contra Comites montis Dolij pro tuendo iure Abbatiæ Tedaldæ ſententiam à Rota obtinuit. Charus fuit Clementi VII. Philoſophiam Nili Abbatis de Græco in latinum tranſtulit, ac tandem in dicto Hoſpitali S. Mariæ Nouæ efflauit animam, ibiq; in tertio ſarcophago intra Chorũ S. Ægidij clauditur an. 1573. *de hoc agunt Biblio. Aniciana, Matri. Mon. S. Simpliciani, D. For. Scola. Chyro. profeſs. Abb. Florentinæ, lib. Niger. ſacrarij d. Abbatiæ.*

HIERONYMVS ABBAS LXXVIII.

HIeronymus huius nominis quartus, ex nobiliſſima Calcinorum familia, in ciuitate Ticinenſi oriundus, monachus S. Saluatoris eiuſdem Ciuitatis, vir doctus, ac diſciplinæ monaſticæ zelantiſsimus, Abbas Florentiæ præficitur anno 1546., ac tandem poſt nonnullorum Cænobiorum ſapientem adminiſ-

trationem apud dictum Monaſterium S. Saluatoris ex hac vita migrauit circa annum 1575. *De hoc agunt Arnol. Vuion. lib. 1. cap. 16. Tabulæ Archiu. mon. Caſſini, S. Lau. de Auerſa, ac S. Saluatoris de Papia.*

BENEDICTVS ABBAS LXXIX.

BEnedictus huius nominis quartus, alumnus S. Io. Euangeliſtæ Parmenſis, vir vitæ ſolitariæ amantiſsimus, ac doctrina clarus, Florentinam adminiſtrauit Abbatiam an. 1547. qui dum Viſitatoris munere fungeretur, Paduæ obdormiuit in Domino ann. 1551. *De hoc Matric. S. Simplic. Abb. Conſt. Caie. Hier. a Poten. Fortun. Scola.*

INNOCENTIVS ABBAS LXXX.

INnocentius filius Nicolai Nouarienſis profeſſus Florentiæ, vir linguis Græcis, Hebraicis, Caldeis, ac Latinis optimè verſatus, & in omnibus ſcientiis eruditus, creatur Abbas Florentiæ an. 1549. p̃fuitq; nonnullis aliis Monaſteriis, ac tandem Venetiis apud S. Georgium maiorem de hac vita migrauit an. 1557. *Agunt de hoc Arnol. Vuion. lib. 1. cap. 16. & lib. 5. cap. 8. Tab. Archiu. mon. Caſſin. Abbates Caiet. atque Vlmus.*

HONORIVS ABBAS LXXXI.

HOnorius Caſtellonenſis Diœceſis Brixienſis alumnus S. Eugenij Senarum, Abbas Florentiæ de an. 1551. Hic Eccleſiam S. Benedicti, quæ dicitur alli miratoio apud Tedeldã reſtaurauit, obijt apud S. Mariam Montis Ceſenæ. *de hoc agunt Chyro. profeſ. Abb. Floren., Matri. Verona, S. Simpliciani, Lib. Niger ſacrarij dictæ Abbatiæ.*

ANGELVS ABBAS LXXXII.

ANgelus ſecundus huius nominis à Leuanoto Dominij Ianueſis, monachus S. Nicolai de Buſchetto, fit Abbas Florentiæ an. 1552., ac dum Viſitatoris munus impleret, obijt Aretij. *Matri. Mon. S. Simpliciani, Tabulæ Archiu. S. Scholaſticæ Sublacenſis. Abb. Con. Caie.*

IACOBVS ABBAS LXXXIII.

IAcobus filius Bartholomæi ex nobiliſsima familia de Deis natus, alumnus Florentiæ; vir admodum peritus, tùm præcipuè in linguis Caldeis, Græcis, ac Ebraicis ſcientificus. Carus fuit Paulo quarto, ac Pio quinto, adminiſtrauit Abbatiam noſtram quatuor annos, ideſt in an. 1553. *Regiſtrum Farfenſe pag. 7. Tab. Archi. S. Pau. de Vrbe, ac S. Schola. Sublacen. Raphael Caſtrucius in vita R. D. Benedicti de Bonſignoris.*

MAXIMVS ABBAS LXXXIV.

MAximus filius Bernardi ex nobiliſsima familia de Maſis oriundus, monachus Florentinæ Abbatiæ, Vir in omnibus ſcientijs, ac linguis eruditus, præficitur Abbas dictæ Abbatiæ an. 1557. Hic fuit Secretarius Ducis Parmæ, atq; eiuſdem Ciuitatis, ac Placentiæ M. Pœnitentiarius, ibiq; in Domino quieuit apud S. Sixtum an. 1587. *Arnol. Vuio. in appendice ſecundi libri pag. 888. 889. Tabu. Archi. Sublacenſis, Autor incertus, For. Scola.*

PAVLVS ABBAS LXXXV.

PAulus Placentinus alumnus S. Sixti, creatur Abbas Florentiæ anno 1558. ac tandem Veronæ dum S. Nazarij Abbatiam adminiſtraret ex hac vita migra-

uit. *Matri. Mon. S. Simpli. For. Scola.*

SIMPLICIANVS ABBAS LXXXVI.

SImplicianus de Valtellina profeſſus S. Saluatoris Ticinenſis, ſucceſſit in adminiſtratione noſtræ Abbatiæ an. 1560. in Monaſterio ſuæ profeſsionis emiſit ſpiritum an. 1575. *Tab. Archi. S. Saluatoris. Matri. Mon. S. Simpli. Abbas Con. Caie.*

IACOBVS ABBAS LXXXVII.

IAcobus de Deis ſecunda vice Abbas an. 1562. Hic dum S. Pauli de Vrbe Abbatis munere fungeretur obijt Anconæ, & in Cænobio Franciſcanorũ fuit magno cum honore ſepultus an. 1569.

GREGORIVS ABBAS LXXXVIII.

GRegorius primus à S. Angelo, monachus Placentinus, vir pietate celebris, eligitur Abbas Florẽtiæ anno 1564. obiit verò Mediolani, dum eſſet Abb. S. Petri Inglaſsiati. *Matric. S. Simplic. chyrog. profeſſ. Abb. Florent.*

BENEDICTVS ABBAS LXXXXVIIII.

BEnedictus huius nominis quintus de Bonſignoris monachus Florentinus, vir in litteris Græcis, Latinis, ac in ſacra ſcriptura optimè verſatus, Abbas præficitur anno 1566. A Pio V. Ciſtercienſium ciuitatis Florentiæ Viſitator Apoſt., ac Reformator conſtituitur, vt patet ex Bulla dicti Pontificis anno ſecundo ſui Pontificatus. Multa poſteris ingenii ſui reliquit exempla, ac tandem ex hac vita migrauit in noſtra Abbatia an. 1567. Eius vita deſcripta fuit à Reuerendiſs. D. Raphaele de Caſtruccis. *Abb. Luchin. in ſua Hiſtoria cap. 77. Arnol. Vuion. lib. 2. cap. 63. Petrus Record. dia. 4. pag. 458.*

THEO-

THEOPHILVS ABBAS LXXXX.

THeophilus filius Bartholomæi de Benintendis, monachus Florentinus, vir doctiſsimus, creatur Abbas dictæ Abbatiæ anno 1568. Ciſtercienſium Reformator, ac Viſitator Apoſtolicus; hic obiit Romæ apud S. Paulum anno 1571. *Recordatus dia. 1. pag. 4. D. Cornel. Margarinus, Lib. D. ac Niger Recordationum ſacrar. noſtræ Abbatiæ.*

ZENOBIVS ABBAS LXXXXI.

ZEnobius de Prologis monachus Florentinus, vir doctiſsimus, creatur Abbas dictæ Abbatiæ an. 1570. etiam hic fuit Reformator Ciſtercienſium, ac multa poſteris ſui ingenij exempla reliquit, poſt multorum Cænobiorum adminiſtrationem, obijt titularis Florentiæ maximo cum ſanctitatis odore anno 1579. *Record. dia. 4. pag. 458. Arnol. Vnion. lib. 2. cap. 80. Fort. Scola, Autor Incertus.*

PHILIPPVS ABBAS LXXXXII.

PHilippus ex nobiliſsima Scanaſurciorum familia oriundus in ciuitate Cauenſi, alumnus inſignis Cænobij S. Trinitatis Cauenſis, Abbas Florentiæ conſtituitur anno 1572. & à Pio V. vnà cum Ferdinando Mediceo Cardinali digniſsimo electus fuit Ciſtercienſium Reformator, vt patet ex epiſtola dicti Cardinalis data Romæ die 10. Nouemb. anni 1572. hic obijt in Cænobio ſuæ profeſsionis anno 1586. *Chron. D. Alexandri de Rodulphis, Cronic. D. Cherubini Mirti.*

VITALIS ABBAS LXXXIII.

Vitalis à Caſtione de Ciuiero in Dioceſi Brixienſe, alumnus S. Benedicti de Padolirone in agro Mantuano, vir valde pius, & in ſcientijs eruditus, Abbatiæ Florentinæ præficitur an. 1573. obijt apud Ticinum in Cænobio S. Spiritus. *Recordat. dia. 4. p. 403. chyrog. profeſſ. Abb. Flor. Matric. S. Simplic.*

PETRVS PAVLVS ABBAS LXXXIV.

Petrus Paulus à Siniſio in Baſilicata regionis Neapolitanæ, monachus S. Seuerini, vir Egregius Canoniſta, ac ſacris litteris optimè verſatus, Abbatiā Florentinam rexit an. 1575. Eccleſiam Sillanam Dioceſis Volaterræ, cum Abbatia S. Barontij Dioceſis Piſtorienſis permutauit, Vicarius Generalis Monialium Ciuitatis Neapoli ab Anibale Archiepiſ. deſtinatus, ac Abbatiam S. Mariæ Miracularum Andriæ obtinuit à Duce Fabricio Caraffa; ac quamplurima Cænobia ſapientiſſimè adminiſtrauit, tandem Veronæ ex hac vita deceſsit nō ſine magno ſanctitatis odore, apud S. Nazarium tumulatus fuit an. 1586. *de hoc agunt Pe. Record. dia. 4. pag. 465. Io. Catanenſis in lib. 3. cap. 5. Miraculorum S. Mariæ de Andria, Lib. D. recordationum ſacrarij Abb. Flor. Fortu. Scola, Autor Incertus.*

IO. EVANGELISTA ABBAS LXXXXV.

IO. Euangeliſta huius nominis ſecundus filius Matthæi de Romena monachus Florentinus, Abbas eiuſdem præficitur an. 1578. Hic doctus, atq; pius fuit, poſt adminiſtrationem multorum Monaſteriorum titularis moritur in noſtra Abbatia Florentina an. ſalutis 1604. ætatis verò ſuæ 90. *Liber. E. recordationum*

ſacra-

ſacrarij ac Chirogra. profe. Abb. Floren. Matri. Mon. S. Simpliciani, Lib. L. Cellariæ S. Scolaſticæ ſublacenſis.

MICHAEL ABBAS LXXXXVI.

MIchael à Concordia ex familia Abrianorũ, profeſſus S. Benedicti de Padolirone, vir doctrina cõſpicuus, necnon diſciplinæ monaſticæ zelantiſſimus, Abbas Florentiæ an. 1580. cui multa bona contulit. Hic conceſſit Eccleſiam Sãcti Martini contra Turrem Caſtaneæ ædificatam, Confraternitati ſartorum dictæ Ciuitatis, vt patet ex Inſtrumento die 19. Auguſti 1581. ſedem Præſidentis in Congregatione noſtra obtinuit, ac tandem in Monaſterio ſuæ profeſſionis in pace quieuit an. 1593. *De hoc agunt Arnol. Vuion. lib. 5. cap. 8. Hiſt. Abb. Luchini cap. 90. 100. lib. E. recordat. ſacrar. Abb. Flor. ac lib. Niger, Matric. S. Simplic.*

HIERONYMVS ABBAS LXXXXVII.

HIeronymus huius nominis quintus Bruggia, ſiue de Roſſettis Florentinus, monachus S. Petri Peruſinenſis ciuitatis, Abbas Florentiæ præficitur anno 1585. Hic fuit Æconomus inſignis, ædificauit Cellas hoſpitum, atq; Orrea eiuſdem Monaſterij; multa etiã alia rexit Monaſteria, in quibus maxima magnanimitatis ſuæ reddidit teſtimonia; tandem obijt in Monaſterio ſuæ profeſſionis an. 1603. *De hoc Arnol. Vuion. l. 3. die 3. Auguſti, & lib. 5. cap. 8. ac in append. lib. 1. cap. 16. Fort. Scola, Aut. Incertus.*

NICOLAVS ABBAS LXXXXVIII.

NIcolaus huius nominis quartus ex familia Scaramuccia Ticinenſe, profeſſus S. Petri de Peruſio, Vir doctiſſimus, præfuit Abbatiæ Floren. an. 1590, ac

poſteà multis alijs Cænobijs, quæ ſapientiſsimè gubernauit; Ipſe ſententiam à ſacra Cong. contra Epiſcopum Cauenſem pro Monaſterio eiuſdem loci obtinuit, obijt in noſtra Abbatia anno 1591. dum in Capitulo ſermocinando proferret hæc verba: *Gaudete in Dominio ſemper, iterum dico gaudete*: maximo cum honore ac concurſu nobilium Florentinorum tumulatus fuit in capitulo veteri. *Matri. Mon. S. Simpliciani, Tab. Archi. Cauenſis, lib. D. recordationum ſacrarij Abbatiæ Flo.*

GREGORIVS ABBAS LXXXXIX.

GRegorius huius nominis ſucundus filius Ioannis ex nobiliſsima familia de Ginoris, monachus Florentinus, Abbas eiuſdem factus an. 1591. Andreæ cuidam de Turinis Præpoſito Piſcienſi permiſit, vt furtiuè Eccleſiam & Caſtrum Bouianenſem (quæ in ſpiritualibus ſubiecta, & abſoluta erat Abbatiæ Florentinæ) viſitaret, ſed hic iuſto Dei iudicio Argon apud S. Paulum Diœceſis Bergomenſis, violenta morte obijt an. 1598. *lib. D. recordationum, ac lib. Nig. mortuorum, Chyrog. profeſſ. Abb. Con. Caie. Matri. Mon. S. Simpli.*

IVSTINVS ABBAS C.

IVſtinus huius nominis ſecũdus Florentinus, alumnus S. Petri de Peruſio, Vir vitæ integerrimæ, ac doctrina conſpicuus, Abbas Florentiæ an. 1596. Neapoli apud S. Seuerinum ſpiritum Deo reddidit cum odore ſanctitatis an. 1602. *Abb. Con. Caie. Lib. D. record. ac lib. Nig. Mort.*

LV-

LVCAS ABBAS CI.

LVcas huius nominis ſecundus, filius Ægidij de Bartolinis de Caſtro Bouianenſe, monachus Florentinus, vir vitæ innocentiſſimæ, ſed præcipuè caſtitatis amantiſſimus, Abbas Florentiæ an. 1599. *de hoc agunt Pe. Recor. dia. 4. pag. 459. lib. E. re ordutionum, ac lib. Niger, liber noſtræ Congregationis de an. 1617. Cyro. profeſs. For. Scola, Lapis marmorea in Eccleſia S. Martini de Menſula.*

AMBROSIVS ABBAS CII.

AMbroſius huis nominis ſecundus à Puppio, alumnus SS. Floræ Lucillæ ac Eugegij ciuitatis Aretinenſis, Vir doctus, atq; regularis diſciplinæ ſtudioſus, Abbas Florentiæ creatur an. 1603. Hic dormitorium nouum perfici curauit, quod cum veteri vniri iuſſit, multaq; alia bona Monaſterio contulit, ex hac vita migrauit apud S. Seuerinum Neapoli an. 1611. *de hoc agunt Lib. decretorum Archiuij ſublacenſis pag. 70. Chyrob. prof. Abb. Flo. For. Scola. Autor Incertus.*

LVCAS ABBAS CIII.

LVcas Bartolinus ſecunda vice Abbas an. milleſimo ſexcenteſimo octauo.

VICTORINVS ABBAS CIV.

VIctorinus primus, Macedonius, eques nobiliſſimus Neapolitanus, monachus ſacri Cænobij Caſsinatis præfuit Abbatiæ Florentinæ ſex menſes an. 1612. *Fort. Scola.*

ISIDORVS ABBAS CV.

ISidorus huius nominis quartus de Agreſtis, alumnus S. Io. Euangeliſtæ Parmenſis, vir manſuetudine, ac

miſericordia inſignis, Abbas Florentiæ creatur anno 1612. obijt Romæ dum eſſet Abbas S. Flauiæ, anno 1624. *Chyrog. profeß. Abb. Flor. Tab. archiu. mont. Caſſ. Fort. Scola.*

HONORATVS ABBAS CVI.

HOnoratus primus de Scaliſis Panormitanus, alumnus S. Martini de Scalis in agro Panormitano, vir innocentiſſimus, Abbas Florentiæ anno 1615. Hic in clauſtro dictæ Abbatiæ coloſſum Principis Vgonis benefactoris eiuſdem loci erexit. Præſidentiam noſtræ Congregationis obtinuit, ac multis alijs Cænobijs eiuſdem Congregationis ab ipſo ſapientiſſimè adminiſtratis, in Cænobio ſuæ profeſſionis maximo cum odore ſanctitatis obijt anno 1621., & à Panormitanis in maxima veneratione habetur. *De hoc agunt Tab. archiu. mon. Caſſini, ac S. Martini de Scalis, Fort. Scola, Chyrogr. profeſſ. noſtræ Abbatiæ, Aut. Incert.*

LVCAS ABBAS CVII.

LVcas Bartolinus tertia vice Abbas anno 1618. propriæ perfectioni intentus, vt à curis ſæcularibus auerteretur, poſt decem & octo menſes, ceſſit adminiſtrationem, ſicq; plenus dierum in Domino obdormiuit anno 1621.

VICTORINVS ABBAS CVIII.

VIctorinus huius nominis ſecundus, filius Matthæi de Naccis, monachus Florentinus, vir in Æconomia perfectus, ſed magis beatiſſimæ Deiparæ deuotus, necnon diſciplinæ monaſticæ Zelantiſſimus, Abbas Florentiæ præficitur in dieta celebrata Florentiæ an. 1619. Eccleſiam prætioſis locupletauit ornamentis,

tis, alijſq; quamplurimis auxit muneribus. *lib. noſtræ Congregationis de an. 1617. uſq; ad an. 1627. lib. E. record. lib. Nig. mon. Chyrographorum Sacrarij.*

SERAPHINVS ABBAS CIX.

SEraphinus filius Ponponij ex nobiliſsima familia Caſulanorum Senenſium oriundus, vt patet ex Priuilegio conceſſo dictæ familiæ à Carolo V. Imperatore dato in Ciuitate Vuormatia die 26. Martij 1521. Antonio, Io. Franciſco, Mariano, ac Cipriano de Caſulanibus Comitibus Palatinis; ex qua nonnulli alij inter quos prodierunt Ciprianus atq; Protus fratres Cõſobrini, tùm in medicina, tũ in alijs ſcientijs eruditiſsimi floruerunt noſtris temporibus, & iſti ſunt Affines mei. Hic primùm Florentiæ monachus, deinde Abbas factus an. 1624. non tantùm Eccleſiam, ſed etiam Cænobium, atq; Villam Camporeã magnificentiſsimè reſtaurauit, & multa alia bona fecit.

VICTORINVS ABBAS CX.

VIctorinus Naecius ſecunda vice Abbas an. 1629. hic Præſidentiæ potitus honore, Siluariæ tandẽ propè Portum finem in Cænobio S. Hieronymi moritur an. 1636.

CANDIDVS ABBAS CXI.

CAndidus de Mancis Senenſis, monachus S. Eugenij Senarũ, præficitur Abbas Florentiæ an. 1633.

SERAPHINVS ABBAS CXII.

SEraphinus Caſulanus ſecunda vice Abbas Florentiæ an. 1636. Hic Præſidentiã in noſtra Congregatione obtinuit. Nunc verò maioris quietis cauſa dictæ Abbatiæ adminiſtrationi ſponte ceſsit.

ISIDORVS ABBAS CXIII.

ISidorus huius nominis quintus, filius Aloyſij ex nobiliſsima familia de Rubbia, monachus Florentinus, deinde Abbas creatur an. 1639; poſtremò ab Vrbano VIII. ſummò Pontifice eius conſanguineo, Epiſcopus Brittoronienſis eligitur.

HONORATVS ABBAS CXIV.

HOnoratus ſecundus huius nominis, filius Io. Baptiſtæ à Volaterra, monachus Florentinus, præficitur Abbas eiuſdem Abbatiæ anno 1642.

Abbates Titulares dictæ Abbatiæ Florentinæ, ſeu profeſsi eiuſdem, qui numquam Abbatiæ adminiſtrationem habuerunt, ſed ſolo illius nominis Titulo honorati ſunt.

CAPVT V.

BAlthaſar Florentinus ex nobiliſsima Mazzingorum familia natus, profeſſus eſt an. 1438. Hic vitam irreprehenſibilem duxit, fuitq; in omnibus ſcientijs eruditiſsimus, vnde permultos annos Prioris officium exercuit, pluribuſq; vicibus in comitijs generalibus extitit definitor, ac tandem Abbatiali titulo decoratus, plenus dierum Florentiæ moritur anno 1504. *Abb. Conſt. Caiet. Fort. Scola.*

THomas Florentinus, vir in ſcriptura ſacra peritiſſimus, profeſſus eſt anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo. Hic multis in Cænobijs Prioris offi-

officium exercuit, ac tandem Abbatis titulo honoratus eſt, obiitq; Florentiæ in magna hominum exiſtimatione anno 1475. *D. Fort. Schola, Autor Incert.*

VIctorinus filius Pauli della Caſa, nobilis Florentinus, ſuſcepit habitum monaſticum an. 1479. Hic vitæ fuit integerrimæ, &. in audiendis nobilium Florentinorum confeſſionibus aſsiduè verſatus, Abbatis demum titulo meruit honorari, in pace quieuit anno 1537. ætatis verò ſuæ 80. *Abb. Con. Caiet. Autor Incert., Fort. Scola.*

PHilippus Florentinus de Soglianis profeſſus anno 1479. vir optimæ famæ, ac Confeſſor Nobilium Florentinorum digniſsimus, ideò titulum Abbatialem obtinuit, atque in villa Camporea obijt anno 1546. *Fort. Scola, Autor Incert., Matric. antiquiſſima.*

MAximus de Silueſtris à Bibiena, habitum monaſticum ſuſcepit an. 1428. Hic ſuper omnia, miſericordia, ſtudio, vigilantia, & omnibus alijs bonis claruit, Abbatis tandem titulo honoratus eſt, obijt Florentiæ an. 1491. ætatis verò ſuæ 96. *Abb. Conſta. Caiet. Matric. antiquiſſima.*

PEtrus Maria Florentinus filius Bernardi ex nobiliſsima Naſorum familia oriundus, monachus Florentinæ Abbatiæ, vir doctrina, ac pietate clarus, obijt Abbas S. Barontij in montibus Piſtorienſibus, & maximo cum honore delatus fuit Florentiæ, & in capitulo veteri tumulatus fuit, *Fort. Scola, Abb. Conſtan. Caiet. Autor Incertus.*

RObertus Florentinus, filius nobiliſsimi viri Bindi de Altouitis, induit habitũ monachale an. 1484.

vir integerrimus, ac vitæ ſolitariæ amantiſsimus, Prior extitit noſtræ Abbatiæ, ac poſtea S. Mariæ Bouſanenſis Commendatarius factus, eandem dictæ Abbatiæ Florentinæ vniuit, vt patet ex diplomate Leonis X. anno 1514. obijtq; Florentiæ in maxima hominum exiſtimatione an. 1519. *Matric. Monachorum D. Auguſtini de Cartulario, Record. dia. 4. pag. 473. Abb. Conſt. Caietanus.*

R Emigius filius Antonij à Terranoua, profeſsionē ſuam emiſit an. 1510. Hic doctrina, ac pietate clarus, multis annis Prioris onus ſubſtinuit, vnde poſtea Abbas titularis S. Mariæ de Piro effectus, vt patet ex ordinationibus in comitijs generalibus de anno 1557. & 1559. obiit Florentiæ anno 1560. *Recordat. dia. 4. pag. 399. Fortu. Scola.*

R Aphael de Caſtruccis à S. Caſsiano Diocéſis Florentiæ, ſolemnem emiſit profeſsionē an. 1523. Hic fuit doctrina inſignis (vt præclara eius opera poſteris relicta teſtantur) & in audiendis confeſsionibus aſsiduus, ac tandem multis in Cænobiis Prioris munere functus, Abbatis titularis S. Iuliani de Alepia honore gaudere meruit, vt patet ex comitiis generalibus de anno 1557. & 1559. *Annal. Vnion. l. 2. c. 76. Recordat. dia. 4. pag. 458. Matrical. D. Auguſt. de Cartulario.*

Ab-

Abbates Profeſsi Abbatiæ Florentinæ, qui diuerſis in locis, præterquam in dicta Abbatia Florentina ſuperiores, & Abbates extitere.

C A P. V I.

IGnatius Florentinus aliquando diſcipulus B. Gomerii, à quo ad Cænobium S. Domnini Piſarum miſsus fuit, vt Abbatis officio fungeretur, obdormiuit tandem in Domino Florentiæ, ac magno ſui nominis odore an. 1430. *Matric. Cartular., Abb. Con. Caiet.*

ANtonius filius Dominici ex Illuſtriſſima familia Florentina Nobiliorum ortus, habitum monaſticum ſuſcepit an. 1422. Hic doctrina inſignis, regularitati adhuc magis ſtuduit; vndè Abbas, ac Reformator Cænobij S. Saluatoris Ordinis Ciſtercienſium in loco qui dicitur Settimus, electus eſt, qui, volante vbique ſanctitatis ſuæ fama, ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſs. P. D. Hieronymo Alioto nouiſsimo Commendatario SS. Floræ, Lucillæ, atq; Eugenii, cõſignata fuit adminiſtratio dictæ Abbatię Aretinenſis ciuitatis, tandem in manibus Ciſtercienſium extremum clauſit ſpiritum anno 1485. *Matric. Cartul. Matric. S. Simplic. Fortun. Scola. Abb. Con. Caiet. Series Abb. Cænob. Aretin.*

STaggius Florentinus ex familia Carducciorũ nobiliſsima progenitus, vir virtutibus ſtudioſus, à monachis Vallis Vmbroſæ Abbas S. Salui præficitur, in noſtra Abbatia Florentina profeſsionem emiſit an.

ISidorus Florétinus filius Hieronymi de Miniatis profeſſus noſtræ Abbatiæ an. 1429. Vir magni conſilij & in negotijs arduis exercitatiſſimus; Hic Paſſiniani ordinis Vallis vmbroſæ (vbi erat Reformator) Abbas factus, ibidem in Domino obdormiuit an. 1485. *Pe. Re. dia. 4. pag. 473. For. Scola, Matri. mona. S. Simpliciani, Matri. Cartular. Abbas Con. Caie.*

FRanciſcus Florétinus, filius nobiliſſimi viri Ioannis de Altouitis, profeſſionem ſuam emiſit an. 1426. Hic fuit vir doctus, atq; monaſticæ diſciplinæ zelantiſſimus, vndè factus Generalis Vallis Vmbroſæ, ac Abbas S. Michaelis Paſsiniani, ac Vallis ſaſſinæ, obijt in Palatio Guarloni in agro Florentino, anno 1479. ac tumulatus in Cænobio Vallis Vmbroſæ maximo cum honore. *de hoc agunt Lucatellus lib. 2. c. 67. Pe. Re. dia. 4. pa. 473. Arno. Vuio. lib. 1. cap. 34. Matri. Mond. S. Simpliciani.*

BArtholomeus Florentinus, filius Ioannis ex nobiliſsima Nelliorum proſapia genitus, fit monachus noſtræ Abbatiæ an. 1435. doctrina ac pietate inſignis fuit; hunc monachi Vallis Vmbroſæ in Abbatem Piſtorienſem ſibi elegerunt. *Abb. Con. Cai. Autor Incer. Matri. Cartularij, For. Scola.*

THimoteus Florentinus ex nobili Ricciorum familia natus, habitum Religionis ſuſcepit an. 1433. Obijt Abbas S. Pauli de Vrbe an. 1484. *de hoc agunt Matri. Mon. S. Simpliciani, Cornelius Margarinus, Mari. Cartularij.*

THomas Florentinus de Saluis vitæ ſolitariæ, profeſsionem emiſit, an. 1450. adminiſtrationem multorum Cænobiorum tenuit, ac tandem maximo

cum odore ſanctitatis obijt circa an. 1490. *Fort. Scola, Matri. Mona. S. Simplic.*

THeodorus Florentinus de Baſtarijs, in ſacra ſcriptura non mediocris eruditus, effectus eſt monacus an. 1435. obijt Abbas Aretij an. 1488. *Abbas Con. Caie. For. Scola, Matri. Mon. S. Simpliciani.*

LVcas Antonius monachus Florentinus, vir vitę innocentiſsimæ, Caueoſi Abbas moritur an. 1485. *Abb. Con. Caie. Aut. Incert.*

ALexander Florentinus ex nobiliſsima Caietanorum familia natus, profeſsionē emiſit an. 1456. vir doctrina celebris; Abbas Aretij præficitur anno 1484. *For. Scola, Matri. S. Simpli. Matri. Cartularij.*

NIcolaus nobilis Florentinus de Arrighis, habitum Monaſticum accepit an. 1444. quem, eloquentia, gratia, efficacia celebrem oratorem demōſtrauit, fuit Abb. Regij atq; Caietæ, tandem Florentiæ obijt an. 1503. *For. Scola, Autor Incertus.*

AMbroſius Florētinus, emiſit profeſsionē an. 1500. vir doctus, atq; diſciplinæ monaſticæ zelantiſſimus, obijt Abbas Aretij. *For. Scola, Mat. mon. S. Simpliciani.*

IO. Baptiſta filius nobiliſſimi viri Nicolai de Saluettis, duplici ſpiritu zeli, & charitatis ornatus, omnium virtutum decoratus, profeſsionem in noſtra Abbatia emiſit an. 1488. obijt Abbas Romæ an. 1513. *Cornelius Margarinus, Matri. Cartularij, For. Scola, Matri. mon. S. Simpliciani.*

ALexander Florētinus de Hipolytis ob ſuas animi dotes Abbas in Aretij, Ceſenæ, atq; Caietæ

Cęnobijs conſtitutus, annis ac virtutibus plenus Florētiæ in monaſterio ſuæ profeſsionis obijt titularis an. 1509. *For. Scola, Matri. Cartularij.*

IO. Baptiſta à Pergine Diœceſis Aretij, Florentiæ habitum monaſticum induit an. 1477. vir ſcientiarũ, ac pietatis laude inſignis, fuit Abbas Aretij an. 1511. tandem in Domino obdormiuit, dũ eſſet Abbas S. Bartholomæi Aſtenſis an. 1516. *Matri. Cartularij, ſeries Abb. Aretini Cœnobij.*

BEnedictus à Sarzana monachus Flororentinus, ſummæ modeſtiæ ac prudentiæ vir, Abbas moritur an. 1518. *For. Scola.*

LVcianus Florentinus de Iulianis, profeſsionem emiſit an. 1463. Vir ſolitudinis amans, ac pietate clarus, in multis Cænobijs Abbatis officium exercuit, obijtq; octuagenarius an. 1518. *lib. Nig. Sacrarij Abb. Flo. Matri. Mon. S. Simp. Matri. Cartular.*

IAcobus nobilis Florentinus, filius Guglielmi de Deis, Vir in omnibus ſcientijs eximius, Abbas S. Seuerini moritur circa annum 1500. *For. Scola.*

ZEnobius Florentinus, filius Ioannis de Roſſellis, vir vitæ integerrimæ, alumnus Abbatiæ noſtræ Florentinæ, obijt Abbas Sublaci an. 1516. *Tabul. Archi. Mona. S. Scolaſtica Sublacenſis.*

LVcas à Piſauro, vir in Medicina periciſſimus, profeſſionem emiſit an. 1502. obijt Abbas Ceſenę an. 1537. *Fort. Scola, Matric. antiqua.*

IOan. Euangeliſta, filius Petri de Florentia, habitum monaſticum induit an. 1488. Vir doctrina, pietate, & virtutibus clarus, obijt Abbas an. 1527. *Matric.*

S.Simplic.Fort.Scola.

ANdreas Florentinus de Ioannijs, vir doctus, ac monaſticæ diſciplinæ zelātiſsimus, obijt Abbas. *Matric.Cartul. Abb.Con.Caiet.*

THimotheus filius Zenobij de Miglioris, vir vitæ integerrimæ, Abbas factus, floruit circa annum 1437. *Abb.Con.Caiet. Fort.Scola.*

NIcolaus Florentinus indutus eſt habitu monaſtico an. 1462. vir ſapientia, ac deuotione clarus, obiitq; Abbas, *Matric.S.Simplic.*

LVcianus filius Bernardi de Maſis, nobilis Florentinus, vir doctrina, ac pietate inſignis, fuit Abbas S.Sixti, ibiq; in Domino obdormiuit titularis, *Autor Incer.Matric.Cartul.*

NIcolaus Pedemontanus, monachus Florentinus, vir in ſcientijs eruditus, atq; in monaſtica obſeruantia ſingularis, obijt Abbas circa annum 1511, *Corn.Margarinus.Fort.Scola.*

IO.Baptiſta Florentinus, ex familia Miniorum, vir vitæ integerrimæ indutus eſt habitu monaſtico an. 1505. obijt Abbas Caueoſi an. 1535. *Matr. S. Simpl.*

THomas nobilis Florentinus, filius Laurentij de Saluettis, profeſſionem emiſit an. 1515. vir nō minus pius, quàm doctus, fuit Abbas multorum Cænobiorum, tandem titularis in Caſtro Bouianenſi deceſſit è vita an. 1569. *Matric.S.Simpl.Fort.Scola, Aut. Incertus.*

SYlueſter Florentinus de Brunis, profeſſionem fecit an. 1550. Hic litteras cum pietate coniungens, Abbas tandem, ac Viſitator S. Seuerini de Neapoli

 mori-

moritur an. 1590. *Tab. Archiu. S. Scolaſt. Sublacenſis, Abb. Con. Caiet.*

PEtrus Paulus de Bennallis à plebe S. Stephani, indutus eſt habitu monaſtico an. 1569. Vir in Hebraicis, Græcis, atq; Latinis linguis, necnõ in omnibus aliis ſcientijs eruditiſſimus, à Clemente VIII. ſummo Pontifice Nuncius Apoſt. ac Monaſteriorum vtriuſq; Germaniæ Reformator miſſus eſt, vt patet ex Bulla data Romæ die 13. Iulij an. 1593. tum demum à Congregatione noſtra ad Regẽ Galliæ pro Abbatia S. Honorati Inſulæ Lerini Orator miſſus, Abbas Farfenſis cum magno ſui nominis odore ſpiritum Deo reddidit an. 1608. *Matric. S. Simplic. Abb. Con. Caiet.*

IOann. Chryſoſtomus Florentinus, filius Matthæi de Peris, obijt Abbas Caietæ an. 1629. *lib. E. ſacrar. Abb. Florentinæ.*

INnocentius Florentinus, filius Hieronymi de Soldato, vir in Æconomia peritiſsimus, obiit Abbas Caueoſi an. 1622. *lib. E. ſacrar.*

ANgelus filius Dominici de Ciullis à Cigoli, profeſsionem emiſit an. 1599. primùm Abbas Caueoſi, nunc præeſt Aretij.

Reli-

Religioſi profeſsi eiuſdem noſtræ Abbatiæ Florentinæ, qui præ cæteris ſanctitate, nobilitate, vel ſcientia floruerunt.

C A P. V I I.

MONACI CLVNIACENSES.

BEatus Theuzzo monachus & ſacerdos, vir ſolitarius, ac vitæ integerrimæ, eius corpus in ſacrario dictæ Abbatiæ requieſcit, cuius vita à me deſcripta, ac typis mandata fuit Mediolani, eam qui cupiet videre poteſt, *Baronius tom. x I. an. 1063. Petrus Damia. to. 1. lib. 6. epi. 118. Eudoxius Lucatellus lib. 1. cap. 9. 10. S. Antoninus par. 2. ſuæ hiſtoriæ tit. 15. cap. 17. tit. 16. cap. 1. Surius to. 4. in vita S. Io. Gualberti, Siluanus Razzius in vita S. Io. Gualberti.*

FRater Benedictus, Fr. Bernardus, Fr. Barontus, Fr. Ioãnes primus, Fr. Ioãnes ſecundus, F. Dominicus, Fr. Petrus, Fr. Rodulphus, Fr. Honeſtus, Fr. Bonizzo, Fr. Theuzzo ſecundus, Sacerdotes, Hij omnes diuini cultus amatores, religioſæq; obſeruantiæ zelantiſſimi. Fr. Petrus, Fr. Vgo, Fr. Petrus ſecundus, Subdiaconi, viri ſummæ modeſtiæ, prudentiæ, atq; patientiæ amãtiſſimi. Fr. Signorellus, Fr. Paulus, Fr. Sigo, Fr. Gherardus, Fr. Florẽtinus, Fr. Bonattus, Fr. Theodoricus, Fr. Albertus, Fr. Rolandus, Clerici, Iuuenes præclari ingenij, atq; deuoti erga Deiparam Virginem. *Ex chyrogr. reædificationis Hoſpitalis S. Nicolai factæ à Pet.*

Ab.

Abbatie circa annum MXXX.

FR. Bernardus vir vitæ integerrimæ, *Fortun. Scola, chyrogr. profeſſ. ſub Nicolao Guaſconio Cõmendatario, ac F. Vbertino de Albizis eius Vicario.*

IOhannes filius Ioannis ex Illuſtriſsima Guarzonorũ familia de Piſcia oriundus, hic fuit vitæ integerrimæ, necnon in ſacris litteris eruditiſſimus, obijtq; cum odore ſanctitatis Florẽtiæ an. 1410. Hæc familia aliàs Caſtrum Vetus, Caſtrum Vellani, Territorium Cerbariæ verſus Altum paſcium cõmunis Viuinariæ, ideſt montis Caroli in Valle Ariana; ideſt Valle Nebula poſſidebat, *vt patet ex diplomatibus Caroli* IIII. *Imperatoris, Andrea Ducis Venetiarum; Clementis ſummi Pontificis, Vincislai Regis; Galeazzij Ducis Mediolani; Quæ diplomata aſſeruãtur in Palatio in Ciuitate Lucenſi apud Illuſtriſſimum Romanum Guarzonium equitem S. Iacobi. Etiam apud me aſſeruantur exempla dictorum diplomatum.*

NIcolaus natione Tuſcus in ciuitate Lucenſi natus, necnõ filius Nicolai ex Illuſtriſſima Podiorũ familia Petræ Sanctæ olim domina progenitus. Hic fuit vultu alacris, ſed mente alacrior, purus, ac humilis, omnibus carus, pauperum, ac Viduarum verè Pater ac defenſor, ac in eoſdem munificentiſſimus, temporalium rerum contemptor, ideòq; à Piſcienſibus Paſtor electus, huius dignitatis honorem recuſauit, ac tandem obijt an. 1400. *Autor incer. For. Scola, manuſcrip. antiquiſſimum ac corroſum Biblio. Sublacenſis.*

Monaci Profeſſi Abbatiæ Florentinæ ſub Congregatione S. Iuſtinæ de Padua ab anno 1419. vſq; ad annum 1504.

CAPVT VIII.

DOmnus Antonius natione Tuſcus, Patria Piſanus ex nobiliſſima Tagliaferratum familia oriundus, vir bellicoſus, ac Dux ſtrenuiſſimus Sigiſmundi Imperatoris, familiariſſimus Franciſci de Gherardinis Senatoris ac Præpoſiti Senatus: relicta militia temporali, ſuſcepit habitum ſpiritualem in noſtra Abbatia Florentina à B. Gometio an. 1419. à quo miſſus fuit in S. Domnido Piſarum, ibique cum odore ſanctitatis efflauit animā an. 1425. D. Ferrantes ex eadem ortus progenie in ciuitate Piſana alumnus noſtræ Abbatiæ, ac diſcipulus B. Gometij de anno 1420. Hic fuit vitæ ſanctitate, ac doctrina celebris, Florentiæ obdormiuit in Domino an. 1440. Alius Antonius ex ſupradicta nobiliſſima Tagliaferrarum gente apud S. Geminianum Diœceſis Volaterræ progenitus in noſtra Abbatia profeſſionem emiſit an. 1453. ob ejus præclaras animi dotes in maxima apud Florentinos veneratione fuit, in Domino obdormiuit in Villa Campotea propè Florentiam an. 1498. Ad hos pertinet Mater mea, vt potè ex eadem nobiliſſima orta proſapia, *Fortun. Scola. Autor Incertus, Antiquiſs. ac corroſum manuſcri. Biblio. Sublacenſis.*

PAzzinus ex nobiliſſima proſapia de Pazzis oriundus.

dus diſcipulus B. Gometij, vir non minus pius, quam doctus, ſed in Æconomiæ intelligĕtia ſingularis, obijt in Domino 1430.

INnocentius Florentinus ex Illuſtriſſima Curſinorũ familia progenitus, vir in litteris eruditiſſimus; Hic Conſanguineus fuit Cardinalis Petri de Curſinis Abbatis Commendatarij, Floruit an. 1419. ac diſcipulus B. Gometij, obijt Florentiæ an. 1438. *For. Scola, Matri. antiquiſſima.*

MArinus vir prudens ac doctrina celebris, Prior Abbatiæ Florĕtinæ ſub Gometio Abbate an. 1420.

ALuarus Luſitanus, vir in ſciĕtijs eruditus, fuit Prior ac definitor (profeſſus Abbatiæ Florentinæ) in dicta Congregatione S. Iuſtinæ, obijt Florentiæ 1428. *Matri. Cartularij.*

STephanus ex Guiaria in Regno Luſitano, eques maximi ſtemmatis, hic inter cæteras virtutes, amorĕ erga Deum, aſſidua oratione, & odium ſui ipſius perpetua mortificatione mirabiliter expreſſit, tandem extremum diem clauſit Florentiæ an. 1430. *Matri. S. Simpliciani, Abb. Con. Caiet.*

TAddeus vir doctrina ac diſciplinę monaſticę zelantiſſimus. Hic (dũ B. Gometius ab Eugenio 4. Camaldulĕſium Generalis creatus fuit) Vicarius Abbatiæ Florentinæ cui præerat dictus Gometius, etiam et electus ab eodem Pontifice, *vt patet ex epiſtola ſũmi Pontificis data Florentiæ, die 25. Nouembris an.* 1434.

BErnardus de Armaiolis, vir in Grçcis, ac Hebraicis linguis eruditiſſimus, obijt Florentiæ in Cænobio

noſtro vbi habitum ſumpſit monaſticum an. 1426. ac in maxima veneratione Florentinorum fuit, *For. Scola, Matri. antiquiſſima.*

MAcharius à Camerto vir doctrina, ac pietate clarus, qui à B. Gometio magiſtro ſuo in Regno Luſitano pró negotijs Regis Eduardi eiuſdem regni miſſus eſt, ac in itinere mortuus an. 1427. *Malric. Cartular. For. Scola.*

COrradus ex Gallia Ciſalpina vir nobiliſſimus, atq; vitæ integerrimæ, diſcipulus B. Gometij, à quo miſſus fuit ad S. Domninum Piſarum, ibiq; cum odore ſanctitatis obijt anno 1428. *For. Scla. Matri. antiqua.*

IAcobus de Cingulo vir in ſacra ſcriptura intelligétiſſimus, Floruit an. 1420. *Matri. Cartularij.*

IOannes à Saxoferrato, diſcipulus B. Gometij, hic in ſermone valdè elegans, ac diſertus, in moribus verò ingenuus, Floruit an. 1420.

ANaſtaſius Florentinus, diſcipulus B. Gometij vir doctus ac prudens, hic Prioris officium exercens ab an. 1428. vſq; ad an. 1437. *Cbyro. profeſ. Abbatiæ Florentinæ.*

VRbanus à Venetijs, diſcipulus B. Gometij, vir humilitate, atq; obedietiâ inſignis, Floruit an. 1419. *Matri. Cartularij.*

MArianus Florẽtinus filius Petri ex familia Gianfigliazziorũ nobiliſſima oriundus, vir vitæ venerabilis, hic fuit diſcipulus B. Gometij, & exercuit munus Prioris, obijt an. 1437. Simon eiuſdem familiæ de Gianfigliazzijs vir valdè pius, ſed præcipuè hu-

mili-

militate inſignis fuit, Floruit circa annum 1469. *Abb. Com. Cait. For. Scola.*

BEnedictus Florentinus de Caligaris, vir vitæ innocentiſſimæ, Floruit anni 1426.

ANdreas de Glaniiis à Panzano induit habitum monaſticum an. 1427. Hic humilitatem cum doctrina ſemper coniunxit. Proſper eiuſdem familiæ de Gianinis vir vitæ inculpabilis, apud Caſinum obdormiuit in Domino, an. 1443.

DOminicus Florentinus, vir vitæ innocentiſſimæ, qui dum S. Martini de Scandiuio Parochiam adminiſtraret ſpiritum Deo reddidit an. 1430.

MAtthæus Florentinus de Marchis, vir vitæ integerrimæ, apud S. Dominum Ciuitatis Piſanæ, vbi à B. Gometio miſſus fuit, vltimum diem clauſit an. 1430. *Matri. Cartularij, For. Scola.*

BAptiſta de Bõfiliolis monachus Florentinus, vir clarus virtutibus, Floruit an. 1433. *Matri. Cartularij.*

GOttardus ex Gallia Ciſalpina, diſcipulus B. Gomerij, vir valdè humanus, ac circa infirmos vigilantiſſimus, obijt Piſis apud S. Dominum an. 1428. *For. Scola.*

NIcolaus Florentinus de Miniatis, vir in monaſtica diſciplina zelantiſſimus, Floruit an. à partu Virginis 1428. Hieronymus eiuſdem familiæ de Miniatis, vir inter homines maximæ exiſtimationis, Floruit an. 1449. *Matri. Cartularij.*

MAurus Florentinus ex nobiliſſima Bonacurſorũ familia ortus, vir verè pius atq; doctus, obijt

in Domino an. 1438.

LVdouicus filius Silueſtri de Ceſſinis Florentiæ ciuitatis, Vir magni Ingenij, ac inter homines maximæ expectationis, obijt an. 1438. *Matri. Cartularij.*

BEnedictus Florentinus filius Illuſtriſſimi Rainaldi de Albizis, magni Conſilij vir, ac doctus, Floruit an. 1433. obijt Prior S. Benedicti in Agro Mantuano an. 1463. Silueſter frater ſupradicti Benedicti, vir vitæ Innocentiſſimæ; qui dum in Cænobio S. Iuſtinæ de Padua Prioris officium exerceret, animam Deo reddidit an. 1469. Nicolaus item eiuſdem familiæ de Albizis, vir vitæ venerabilis, ac doctrina clarus. Hic à noſtra Congregatione ad Pium ſecundum legationem habuit, *Lib. Niger ſacrarij, atq; Chyrog. Profeſs. Abbatiæ Flo. Couaccius lib. 5.*

GHerardus Florentinus filius nobilis viri Andreæ de Antella, vir doctus ac prudens, monaſticum habitum accepit an. 1430. diem clauſit extremum an. 1456. *Matri. Antiquiſſima.*

GErmanus à Florentia, vir vitæ innocentiſſimæ, ac tantæ humilitatis, vt ſacris Ordinibus indignum ſe ſemper reputarit, Floruit an. 1435. & in pace quieſcit an. 1485. *For. Scola.*

EVſebius Florentinus filius Iacobi nobiliſſimi viri de Adimaris profeſſionem emiſit an. 1436. Vir bonitate, ac doctrina Inſignis. Paulus filius Baldinacci eiuſdem familiæ Adedimaris noſter profeſſus, Romæ apud S. Paulum migrauit ex hac vita an. 1480. Dominicus filius Neri eiuſdẽ familiæ, item alumnus Florentiæ, Senis apud S. Eugenium plenus virtutibus

cum odore ſanctitatis obijt an. 1486. Hilarion filius Gualteronis item de Adimaris habitum monaſticum in noſtra Abbatia ſuſcepit an. 1466. *Chyro. profeſſionum, Abb. Con. Caie. For. Scola, Matri. Antiquiſs.*

NIcolaus Florentinus filius nobiliſſimi viri Arrigi de Bondinellis, vir vitæ innocentiſſimæ; floruit an. 1436. poſt præclara omnium ferè virtutum exempla, Vincentiæ apud S. Felicem ſpiritum Deo reddidit an. 1465. *For. Scola.*

BAſilius de Bartolinis ab Vtino, vir humilitate præcipuè celebris, floruit an. 1447.

COlumbanus Florentinus de Lippis, Vir in Græcis, atq; Latinis litteris eruditus. floruit an. 1447. *Matri. antiqua.*

DOminicus de Calderinis ab Arimino, Vir in morali Theologia eruditiſſimus, ac in Audiendis confeſſionibus aſſiduus; floruit circa an. 1447. *Abb. Con. Caie.*

HIeronymus Florentinus filius Nacci de Solosmeis, vir maximæ eruditionis, floruit an. 1448. *Matri. Cartular.*

FRanciſcus Florentinus filius Pauli de Morellis, Iuuenis optimæ indolis, ac pietate celebris, mortuus eſt an. 1449. ætatis verò ſuæ 22. *Matri. antiquiſs.*

LVdouicus Florentinus filius nobilis viri Thomæ de Albertis, vir præcipuè pietate celebris, habitum ſuſcepit Monaſticum an. 1449. *Matri. Cartularij.*

PLacidus Florentinus filius Angeli de Pipis, Inſignis muſicus, obijt an. 1442. Angelus item eiuſdem familiæ de Pipis, vir innocentiſſimus, floruit an. 1481. *Fort. Scola.*

Ber-

BErnardus Florentinus filius nobiliſſimi viri Iacobi de Rodulphis, vir in humanis diuiniſq; doctrinis ornatiſſimus, floruit an. 1447.

ELeuterius Florentinus filius Pauli de Lottis, vir optimæ famæ floruit an. 1449. *Matri. Cartular.*

FRanciſcus Florentinus de Agreſtis, vir non minus pius, quàm ſtudioſus, profeſſionem emiſit an. 1453.

LAurentius Florentinus filius Dominici de Sapitis, vir maximæ integritatis, floruit an. 1453.

ALexius Florentinus ex nobiliſſima Rinuccinorũ familia genitus, vir doctiſſimus, ac in audiendis confeſſionibus multum aſſiduus floruit circa annum Domini 1456. obijtq; an. 1497. *lib. Nig. ſacrarij.*

DOnatus Florentinus filius Laurẽtij de Bellottis, vir doctrina clarus, ac in ſua conuerſatione ingenuus, floruit an. 1456. *Matri. Cartularij.*

LVcas Antonius Florentinus de Romulis, profeſſionem emiſit in noſtra Abbatia an. 1463. vir optimæ famæ. Hic dum Florentiæ Prioris officium exerceret ibidem in Domino quieuit an. 1492.

CArolus Florentinus filius nobilis viri Gregorij de Serraglis indutus eſt habitu monaſtico an. 1453. vir nõ minus pius, quàm doctus. Hic in S. Angelo apud Caietam ſocius ac ſecretarius viſitãtorum noſtræ Congregationis obijt an. 1488.

DAniel Florentinus filius nobilis viri Georgij de Canigianis, vir vitę integerrimę floruit an. 1456.

IO. Baptiſta Florentinus filius nobiliſſimi viri Petri de Saluettis, vir doctrina inſignis, Floruit circa an-

num

num Domini 1461.

CIprianus de Sergianis, à Sazzona, noſter monachus, vir prudentiſſimus, ac optimæ famæ. Floruit an. 1466. Romæ extinctus eſt an. 1486. *matri. Cartularij.*

MAurus Florentinus de Morſis, vir humilitatis, ac obedientiæ virtutibus inſignis, Floruit an. 1467. *For. Scolá.*

GAbriel Florentinus filius Hyacinti de Bottegarijs vir vitæ integerrimæ. hic habitum monaſticum ſuſcepit an. 1468. ac tandem in æremo Camaldulenſi ſolitariam vitam agens (relicto habitu nigro) ſpiritũ Deo reddidit, *Ab. Caic.*

ANtonius Florentinus filius nobilis viri Mariotti de Signis, vir mitiſſimus, ac in omnibus virtutibus exercitatus, profeſſionem emiſit an. 1476. obijtq; cum odore ſanctitatis an. 1486. Michael eiuſdẽ familiæ de Signis adhuc adoleſcens, ſed valde pius ac doctus obijt an. 1476. Alter Antonius filius alterius Mariotti eiuſdem familiæ de Signis, vir maximi ingenij ac pietate clarus, obijt an. 1501. *For. Scola.*

BArtholomæus Florentinus de Succhiellis, vir nõ minus pius, quam doctus, monaſticum induit habitum an. 1477. obijt Prior an. 1510. *For. Scola, Matri. Cartularij.*

PHilippus Florentinus de Mariottis, in lingua Græca eruditiſſimus, adhuc iuuenis Aretij peſte interemptus eſt an. 1479.

CHriſtophorus Florentinus, adhuc Iuuenis ſummæ innocentiæ, atq; vitæ monaſticæ Zelentiſsimus,

mus, Florentiæ peſte obijt an. 1479. *lib. mort. ſac. Abbat. Florentinæ.*

LAurentius Florentinus filius nobilis viri Andreæ de Cinis, profeſſionem emiſit an. 1478. Hic in virtute patientiæ excelluit, ac tandem Ticini apud Cænobiũ S. Spiritus animam Deo reddidit an. 1512. *Matri. Cartularij.*

GRegorius Florẽtinus de Claro, adhuc adoleſcens, non minus pius, quam modeſtus obijt an. 1480.

BErnardus Florentinus filius nobiliſsimi viri Michaelis de Guicciardinis, vir maximi conſilij, ac prudentiæ, emiſit profeſsionem an. 1479. *Matri. Cartularij.*

ALexander Florentinus filius nobilis viri Petri de Caietanis, vir vbiq; virtutum ſuarum odorem ſpargens, Floruit an. 1482.

BErnardus Florentinus filius Antonij de Scarlattis, vir optimæ famæ, induit habitum monaſticum an. 1482. *For. Scola.*

BEnedictus Florentinus filius nobilis viri Pauli de Americis, vir vitæ integerrimæ; Hic fuit Nepos ſupradicti R. D. Benedicti Abbatis eiuſdem familiæ de Americis, profeſsionem emiſit an. 1485. *Matri. Cartularij.*

MAtthæus Florentinus filius nobilis viri de Biliottis, vir in ſcriptura ſacra eruditiſsimus, obijt in Hiſtria, *For. Scola.*

MArcellus Florentinus filius Bernardi de Serſellis, induit habitum noſtræ Religionis an. 1468. vir vitæ exemplaris.

Pe-

PEtrus Florentinus, filius Gulielmi de Placidis, vir vitæ innocentiſsimæ, habitu induit monaſtico an. 1482. Hic in territorio Scandiccio propè Florentiam prædia duo Monaſterio reliquit, *Matr. Cartularij Autor incertus.*

EVſebius Florentinus, filius nobiliſsimi viri Bartholomęi de Gualconibus, profeſsionem emiſit an. 1484. vir vitæ innocentiſsimæ; Hic non minus virtutum, quam dierum plenus, animam Deo reddidit an. 1520. *Abb. Con. Caie., Matri. Antiqua.*

DIonyſius Florentinus, filius nobilis viri Franciſci de Freſcobaldis habitu indutus eſt monaſtico an. 1484. vir valde pius.

MIchael Florentinus de Cinijs, Iuuenis maximæ expectationis, obijt an. 1486.

IO. Maria Florentinus, filius Polidori de Atazzatis ingreſſus eſt in Religione an. 1486. vir doctiſsimus, ac in Regulari obſeruantia vigilantiſsimus, Florentiæ in noſtra Abbatia ſuæ profeſsionis Prioris munere digniſsimè functus an. 1500. *For. Scola.*

ARſenius natione Tuſcus, Patria Lucenſis, vir vitæ innocentiſsimæ, in noſtra Abbatia habitu monaſtico indutus eſt an. 1488. Hic dum hymnos & pſalmos eccleſiæ cum ſpirituali dulcedine decãtaret, peſte occubuit an. 1527. *Matri. Cartu.*

GRegorius Florentinus de Gallis, vir doctus, ac pius, profeſsionem emiſit an. 1482. plenus dierum obijt.

PHilippus de Florentia indutus eſt habitu religionis an. 1489. vir eruditione, ſapientia atq;

integritate inſignis. Hic Prior extitit an. 1520. *Matri. S. Simpl., Autor Incert.*

BEnedictus Florentinus filius Franciſci de Lacchis profeſsionem fecit an. 1489. vir maximè regularis ac doctus, *For. Scola.*

FRanciſcus filius Lapi à Diaceto, vir vitæ exemplaris, induit monaſtico habitu an. 1489. apud Caſinum obijt an. 1512.

PAulus Florentinus, filius Franciſci de Soglianis, vir pietate, ſed maximè obedientia ſingularis. Floruit an. 1492. obijt apud S. Petrũ ciuitatis Peruſiæ, *Matri. Cartularij.*

SEbaſtianus filius Dionyſij à Florentia, indutus eſt habitu monaſtico an. 1493. vir vitæ innocentiſſimæ, necnon in ſcientijs eruditiſsimus, obijt Prior S. Iuſtinæ an. 1527. *Abbas Hiero. a Potentia. Lib. mortuorum ſacrar. S. Iuſtinæ.*

MAximus Florentinus, filius Antonij ex nobiliſsima Squarcialupporum familia, atq; famoſsimi viri R. P. D. Ignatij Abbatis Nepos, induit habitu monaſtico an. 1494. obijt an. 1509. *Chyro. profeſ.*

HIeronymus Florentinus, filius Bernardi ex nobiliſsima de Nero familia progenitus, aliàs in Congregatione vallis vmbroſæ Abbas, deinde in noſtra Abbatia ingreſſus an. 1495. cũ licentia Alex. VI. in eadem tandem Prior obijt, *Matr. antiquiſſ. For. Scola.*

SEuerianus Florentinus ſuſcepit habitum monaſticum an. 1495. Cuius charitas calor deuotionis ardor ciuitatem Florentiam in Dei amorẽ in ſui deuotionem

tionem accendit, per multos annos Prioris officium laudabiliter exercuit, tandemq; in Domino obijt. *For. Scola. Matri. mort. S. Simpliciani.*

DAniel filius nobilis viri Thomæ de Canigianis, vir vitæ innocentiſsimæ, indutus habitu monachale an. 1496. Aretij in Cænobio SS. Floræ, Lucillæ, ac Eugegij, dierum ac virtutũ plenus obijt an. 1510. *Matri. Cartularij.*

LVcas nobilis Florentinus ex familia Carducciorum, vir vitæ venerabilis, habitum monaſticum ſuſcepit in noſtra Abbatia, deinde Prior ac Reformator Camaldulenſium electus, in ſacro Eremo obdormiuit in Domino.

GAſpar Florentinus filius Ioannis de Burſis, habitu monaſtico indutus eſt an. 1496. vir erga B. Virginem deuotiſſimus, in villa Camporea obijt octuageſnarius, *Matr. antiqua.*

RAphael Florentinus ſocius ſupradicti Gaſparis, vir in muſica peritiſſimus. Hic in multis noſtris Cænobijs Chorales libros compoſuit; ac tandem in Monaſterio Cauenſe obijt an. 1510. *For. Scola. Matriculi Antiqua.*

BErnardus filius Iuliani à Gallicano, vir vitæ innocentiſſimæ, floruit. an. 1500.

NIcolaus Florentinus filius Iuſti ex nobiliſſima familia de Abbatiſſa oriundus, profeſſionem emiſit an. 1502. vir non minus doctus, quam pietate clarus, octuagenarius in Domino obdormiuit.

APpianus filius Michaelis à Florentia, habitu indutus monaſtico an. 1501. Huius nonnulli li-

bri Chorales à ſe ſcripti minijs, ac varijs ſcripturis illuſtrati multis in Cænobijs noſtris reperiuntur. *For. Scola, Matricula Antiq.*

BAſilius Florentinus, filius Gabrielis de Roſſis, primùm monachus vallis vmbroſæ, quo poſtea cũ Pontificis Alex. VI. licentia dimiſit, ac in noſtra Abbatia Florentina, habitum ordinis noſtri ſuſcepit circa annum 1500. *For. Scola.*

BEnedictus filius Franciſci de Romena, Floruit an. 1502. vir vitæ innocentiſsimæ, ac præcipuè caſtitatis amator. Hic Nouitiorum magiſter exſtitit, ac tãdem cum odore ſanctitatis in Domino obdormiuit.

PEtrus Florentinus de Maſis, vir præclari ingenij, atq; vitæ integerrimæ, Floruit circa ann. 1501. plenus dierum in Domino obdormiuit.

FRanciſcus filius Lapi à Diaceto, vir vitæ innocentiſsimæ profeſsionem emiſit an. 1490. *Chyro. pro. lib. Nig. mortuorum.*

Monachi ſub Congregatione Caſſinenſi.

CAP. IX.

MArinus filius Thomæ de Ioannijs profeſsionem emiſit 1504. vir in Chriſti paſsione deuotiſsimus, in villa Camporea peſte occubuit an. 1528.

AThanaſius filius Iuſti de Abbatiſſa, vir non minus doctus, quam pietate clarus, indutus eſt

habitu

habitu monaſtico an. 1505. obijt an. 1519. ætatis verò ſuæ 22.

ANdreas Florentinus, filius Ioannis ex nobiliſſima Curſinorum familia ortus, vir valdè pius, ac in ſua conuerſatione ingenuus, Floruit circa an. 1506. Ioannes filius Antonij eiuſdem familiæ de Curſinis, vir vitæ integerrimæ, Floruit an. à partu virginis 1507. *Matr. Ant. For. Scolà.*

ANtonius filius Silueſtri de Romena, profeſſionẽ emiſit 1505. Iuuenis optimæ indolis, ac deuotus B. Virginis Mariæ, obiit an. 1507. Athanaſius frater ſupradicti Antonii, vir doctus, atq; pius, Floruit an. 1509. Item Sylueſter eiuſdẽ familiæ de Romena. Hic quam diù vixit præclara virtutũ omnium exempla præfuit, ſed adhuc Iuuenis annos ſcilicet ætatis ſuæ 22. ſpiritum Deo reddidit circa an. 1510. *For. Scòla. Autòr Incertus.*

MIchael Florẽtinus, fil. Albizi de Roſsis, vir vitæ integerrimæ, habitum monaſticum ſuſcepit an. 1506. ac tantæ humilitatis fuit, vt Troianũ epiſcopatum ſibi oblatum recuſauit. *Abbas Con. Caie.*

ANtonius Florentinus, filius nobilis viri Alexandri de Filicaia, profeſſionem emiſit an. 1505. vir vitæ irrepræhenſibilis. Item Honoratus filius Franciſci eiuſdem familiæ de Filicaia, Iuuenis maximæ ſanctitatis, ac in mathematicis ſtudiis verſatiſſimus. *For. Scola, lib. D. record., & lib. Nig. mor.*

CLemens Florentinus, filius nobilis viri Angeli de Pandulfinis profeſsionem emiſit an. 1505. vir in omnibus ſcientiis erudi tiſsimus, ac tantæ humilitatis,

tis, inter alias præclaras virtutes ſuas, vt epiſcopatū Troianum recuſarit, ac tandē Venetiis apud S. Georgium maiorem, cum maximo ſanctitatis odore ſpiritum Deo reddidit an. 1556. Marius frater ſupradicti Clementis habitum ſuſcepit monaſticum an. 1513. vir valde pius, qui epiſcopatum Troianum recuſauit: librum edidit, qui inſcribitur; Armonia quatuor ſenſuum ſacræ ſcripturæ, *Matri. Cartularij, For. Scola, Arnol. Duion. li. 2. C. 72.*

ÆGydius Florentinus, filius nobilis viri Petri de Brachijs, vir in omnibus ſcientijs peritiſſimus, floruit an. 1506.

CLemens Florentinus filius Iacobi, ex nobiliſſima familia de Canaccijs, licet adoleſcens, doctrina tamē, ac pietatis laude celebris, habitū monaſticum ſuſcepit an. 1505.

LVcas Antonius filius nobilis viri Iacobi de Mannuccijs, profeſſionem emiſit an. 1506. vir in ſcientijs atq; œconomia verſatus. Angelus frater ſupradicti Lucæ Ant. eodem anno 1506. habitum monaſticū ſuſcepit, vir doctiſſimus, in villa Camporea peſte interemptus eſt an. 1527. Barontus filius Petri eiuſdem familiæ de Mannuccis, vir doctus ac pius, floruit an. 1582. *For. Scola. Matric. antiqua.*

STephanus filius Dominici de Florentia, habitu indutus eſt monaſtico an. 1506. Vir eximiæ charitatis, in Eccleſiaſticis cæremoniis ſeruandis exactiſſimus, necnon in audiendis Confeſſionibus aſſiduus, annoſus obiit.

VGo Florentinus, filius nobilis viri Bartholomęi de

de Ruſticis, habitum Monaſticum ſuſcepit an. 1506. vir vitę venerabilis. Hic dum ad ſolitudinem ſacri ſpecus, apud Sublacum in Latio pergeret, Aretij morte pręuentus, obijt an. 1617.

HIeronymus Florentinus de Pacis, vir in Sacrorum Canonum ſcientia eruditiſſimus, floruit circa annum 1508. Hic extitit aliquando Prior S. Seuerini Neapoli; plenus dierum obijt an. 1569. ætatis verò ſuæ 82. *For. Scola.*

EFrem Florentinus, filius Hieronymi de Chelis, indutus eſt habitu monaſtico an. 1509. vir non minus doctrina, quam pietate clarus apud Caſinum obijt an. 1527. Bernardus filius Dominici eiuſdem familiæ de Chelis, floruit circa annum 1515. vir optimæ famæ. *For. Scola. Matri. Cartularij.*

IOannes filius Antonij ex nobiliſſima Curſinorum familia progenitus profeſſionem emiſit an. 1506. Hic Theologia ac ſacris Canonibus illuſtris, *Matri. Cartularij.*

BAſilius Florẽtinus de Gabriellis, vir vitæ integerrimæ, floruit circa an. 1509. *For. Scola. Matri. Cartula.*

GRegorius Florentinus, filius Dantis de Goris, profeſſioné emiſit an. 1509. vir in pauperes beneficentiſſimus, ac pietate clarus, Aretij peſte occubuit œconomus.

ANaſtaſius à Terranoua, habitum monaſticum ſuſcepit an. 1510. vir vitæ innocentiſſimæ, atq; in ſcientiarum intelligentia ſingularis. *Chyrogra. profeſſionum.*

Deſide-

DEſiderius filius nobiliſſimi viri Ioannis de Nellis profeſſionem emiſit an. 1510. Iuuenis maximę expectationis; obijt an. 1517. *lib. Nig. mor.*

LAurentius filius Ludouici de Nerettis à Florētia, effectus eſt monachus an. 1512., vir in æconomia expertiſſimus. Hic Senis apud S. Eugenium Prior occubuit. Benedictus filius Iacobi, eiuſdem familię de Nerettis Iuuenis præclari ingenij, atque erga Deiparam Virginem deuotiſſimus, obijt ann. 1561. ætatis verò ſuæ 18. *For. Scola*, *Chyro: Profeſſ. matri: S. Simpliciani.*

IVlianus filius Gaſpari à Diaceto adoleſcens non minus doctus, quam pius, profeſſionem emiſit an. 1513.

MArcus natione Tuſchus, Patria Florentinus, ex Illuſtriſſima gente Saluiata, Gherardo Senatore patre progenitus, profeſſionem ſolemnem emiſit an. 1514., vir zelantiſſimus diſciplinæ Monaſticæ, obijt Prior, *Mat. Mon. S. Simpliciani, For. Scola.*

BErnardus Florentinus, filius Nobilis viri Benedicti de Canigianis, qui doctrinæ, obedientiæ, grauitati, humilitatem, mortificationem, hilaritati, pietatem, rigori, virtutes, tandem omnes inuicem copulauit, floruit an. 1514. *For. Scola. Auctor incertus.*

PLacidus Florentinus, filius Franciſci de Franciſcis, vir vitæ innocentiſſimæ, ac doctrina clarus, floruit an. 1515. odore ſanctitatis ſpiritum Deo reddidit in Cęnobio S. Iuſtinæ, Ciuitatis Patauij ann. 1529. *Abb. Hiero. à Potentia, lib. mor. S. Iuſtinæ.* Ambroſius eiuſdem familiæ de Franciſcis, vir præclari

inge-

ingenij, obijt apud S. Georgium Maiorē Venetia-rum an. 1530.

S Fuerinus Florentinus, filius Nobilis viri Antonij de Auanzatis, vir doctus, ac pius, floruit circa annum 1505.

B Artholomęus Florentinus, filius Nobilis viri Antonij de Nobilis; Monaſticum habitum ſuſcepit ann. 1514., vir timoratæ conſcientiæ, *Matri. Cartularij.*

A Lexander Florentinus, filius Nobilis viri Hieronymi de Fidericis; Hic Monaſticum habitum ſuſcepit an. 1515. ac tandem 52. annis in Congregatione laudabiliter expletis, cum Pij IV. Summi Pontificis licentia ad Vallumbroſanorum congregationem euolauit, *For. Scola, Autor incertus.*

Z Enobius Florentinus filius Pauli, ex Nobili familia de Bencijs, habitum ſuſcepit Monaſticum ann. 1516., vir vitæ integerrimę, tandem Prior factus, annoſus obijt, *For. Scola.*

L Eonardus Florentinus, filius Marcelli de Vernaccis, adhuc iuuenis, ſed multum deuotus, apud Sublacum obijt ann. 1519. *Matri. antiqua.*

N Icolaus Florentinus, filius Bernardi de Corſellinis, habitum Monaſticum ſuſcepit an. 1517., vir vitæ integerrimę, obijt in Ciuitate Peruſiæ, apud S. Petrum an. 1537. *For. Scola, Chyrographum profeſſionum.*

H Onoratus Florentinus, filius Antonij de Nurinis, vir vitæ admodùm exemplaris, Monachus effectus eſt, ann. 1519. ſeptuagenarius obijt, *Matri. Cartularij.*

GRegorius filius Floriani a Florentia, vir vitæ venerabilis; atque in ſcientijs eruditiſſimus, profeſſionem emiſit an. 1522. ac demum Prior factus, obijt in pace, *Matri. Mon. S. Simpliciani, Chyro. profeſſionum.*

HIlarion Florentinus, filius nobiliſſimi viri Laurentij de Montautis, profeſſionem emiſit ann. 1522. vir doctus, atque vitæ irreprehenſibilis: Hic in multis Cænobijs Prioris officium laudabiliter exercuit, ac tandem ad Abbatiam Tedaldam recreationis cauſa dum pergeret; in Caſtro S. Stephani mortuus, ibidem tumulatus eſt an. 1575. *Matri. mon: S. Simp. For. Scola, Autor incertus.*

IO: Maria Florētinus filius Hyacinti de Bonacurſis, vir patientiæ, ac obedientiæ virtutibus inſignis, floruit circa an. 1522.

PEtrus Florentinus, filius Pauli de Baldoccis, vir non minus pius, quam doctus, floruit an. 1524.

BErnardus Florent. filius Pauli, ex Nobili familia Mazzinghorum, profeſſionem emiſit an. 1524. vir humilitate ſingularis.

IO: Baptiſta Floren. filius Franciſci de Sapitis, induit habitum Monaſticum an. 1526., vir multum doctus, atque diſciplinæ Monaſticæ zelantiſſimus. Hic Prioris officium exercuit in multis Cænobijs, ac tandem obijt ann. 1594. *Lib. D. recordationum, lib. Nep. mor. Sacrarij, matri. S. Simpliciani.*

VAlerius, filius Angeli de Manfredis à Puppio habitu indutus eſt Monaſtico an. 1526. Iuuenis optimæ expectationis, ac vitæ innocentiſſimæ, obijt an. 1530. *For. Scola.*

Anto-

ANtonius Floren. filius Io. Baptiſtæ de Ghettis, habitum ſuſcepit Monaſticum an. 1528. vir doctrina, ac pietate celebris. *For. Scola, Chyro. profeſſionum.*

SEraphinus, filius Aloyſij à Florentia, habitum Monaſticum ſuſcepit an. 1528., vir in Scriptura Sacra, ac Canonibus eruditiſſimus, diſciplinæ Monaſticæ zelantiſſimus fuit, ac in iuuenibus educandis aptiſſimus, aſſiduuſq; in audiendis confeſſionibus, multos libros ſcripſit, quos & poſteris reliquit, ac tandem cum odore ſanctitatis animam Deo reddidit, circa an. 1595. *Arnol. Vuio. lib. 2. cap. 77. Petrus Recor. Diar. 4. pag. 459. Matricula antiqua.*

SImon Florentinus, filius Pauli de Paulis profeſſionem emiſit an. 1530. vir optimæ indolis, atque in Sacris Scripturis intelligentiſſimus, *For. Scola, matricula Monachorum.*

BErnardus Florent. filius Lucæ de Tornis, vir eximij ingenij, floruit circa annum 1534.

IGnatius Florentinus, filius Nobilis viri Raphaelis de Minorbettis, habitum Monaſticum ſuſcepit an. 1537. vir in linguis Græcis, atque Hebraicis admodum diſertus, necnon Sacrorum Canonum Doctor eximius. Hic Aretij Nouitiorum Magiſter officium ſumma cum laude exercuit, ac tandem in noſtra Abbatia, vbi habitum Monaſticum ſuſceperat, ſpiritum Deo reddidit, *Lib. Nig. mor. Chyro: profeſſ. For. Scola.*

VIncentius Florent. filius Nobilis viri Dominici de Burghinis, profeſſioné emiſit an. 1532.

vir in omnibus ſcientijs ita eruditus, vt inter omnes totius Hetruriæ Doctores, facilè primus haberetur. Hic primùm Florentiæ Abbatiæ Prior exſtitit: tùm SS. Innocentium Hoſpitarius, Archiepiſcopatum Piſanum, ſibi à Sereniſs. Franciſco Magno Hetruriæ Duce oblatum, præ ſumma humilitate recuſauit; libros inter quos primus Cõſulum Romanorum inſcribitur, alter Imperatorum, Inſignum alter Familiarium totius Florentinæ Nobilitatis, alter de Epiſcopis Eccleſiæ Florentinæ conſcripſit, ac tandem in maxima hominum exiſtimatione in dicto SS Innocentium hoſpitali animam Deo reddidit an. 1580. *Pe. Record. Diar. 4. pag. 458. Arnol. Vuio. lib. 2. cap. 79. matri. Mon. S. Simpl. For. Scola, Abb. Con. Caiet.*

PEtrus filius Marci de Ricordatis, ſiue de Calzolaris à Bouino Monaſticum induitur habitum an. 1535. vir optimæ famæ, ac in ſcientijs optimè verſatus. Hic Hiſtoriam Monaſticam conſcripſit, ac tandem plenus bonis operibus, obijt ann. 1580. *Arnol. Vuion. lib. 2. cap. 75. Abb. Con. Caiet.*

IO. Chriſoſtomus Florentinus, filius Leonardi ex Illuſtriſſima Nicolinorum familia procreatus habitu Monaſtico induitur an. 1537. Virtãtæ innocẽtiæ, vt Chriſtum Dominum, ſibi apparentem videre meruerit; à quo & multas reuelationes habuiſſe, omnibus eſt perſpicuum, ſicque volante, vbique ſuæ ſanctitatis fama, propè Florentiam in Villacamporea migrauit ad Dominum an. 1560. Vgo filius Matthęi eiuſdem familiæ de Nicolinis, emiſit profeſſionem ann. 1543. vir doctrina, ac pietate inſignis, obijt an. 1562.

ætatis verò ſuæ 36. *Lib. niger mortuorum, Abb. Con. Caiet. For. Stola, Chyro. profeſſ.*

LEonardus Florentinus, filius Nobilis viri Matthæi de Borgiannis; induitur habitu Monaſtico an. 1537. vir in Græcis, Latinis, Hæbraicis linguis, ac Poeſia eruditiſſimus, vt præclara, quæ poſteris reliquit ſcripta teſtantur. Hic pluries Monialium confeſſor extitit, ac tandem annoſus, obijt 1604. Modeſtus, filius Iacobi eiuſdem familiæ de Borgiannis profeſſionem emiſit an. 1557. vir optimæ famæ, obijt octuagenarius, *Lib. D. lib. E. lib. Niger Sacrarij Abbatiæ Florentinæ, For. Scola.*

MIchael Florentinus, filius Nobilis viri Petri de Bonauoltis, indutus eſt habitu Monaſtico ann. 1539. vir mitiſſimus, ac patientiſſimus. Hic in diuerſis Cœnobijs Prioris officium digniſſimè ſemper exercuit, ac tandem obdormiuit in Domino octuagenarius, *Matri. Mon. S. Simpliciani, lib. Niger, For. Scola, Chyrog. profeſſionum.*

ARchangelus Florent., filius Nobilis viri Io. Baptiſtæ de Bonauoltis profeſſionem emiſit an. 1540. vir ſummæ integritatis, ac omnibus ſcientijs eruditiſſimus. Huic à Pio V. Ciſtercienſium Monachorum reformationi aſſiſtere mandatum fuit; cuius præclaras virtutes, ac merita idem Pontifex admiratus maximas eidē dignitates ſæpiſſimè obtulit, quas ipſe ex humilitate recuſauit, ac tandem propè Ianuam in Cœnobio S. Nicolai de Buſchetto Prior obijt, *Matric. S. Simplic. For. Scola, Autor incertus.*

MArinus Florent. filius Donati de Vernaccis effectus

ctus eſt Monachus an. 1540. Vir timoratæ cõſcientiæ.

ANſelmus Florentinus, filius nobilis viri Nicolai de Sirigattis, profeſſionem emiſit an. 1541. Vir non minus pius, quam doctus, obijt Prior noſtræ Abbatiæ, ac Monaſterij ſuæ profeſſionis. Cherubinus filius Nacci eiuſdem familiæ, pauperum ac debilium compatiens, in eoſdem munificentiſſimus fuit, obijt an. 1594. *Matri. S. Simpliciani, lib. Nig. mor. For. Scola.*

NIcolaus Floren. filius Iannozi ex nobiliſſima Rodulphorũ familia procreatus, floruit 1544. vir vitæ venerabilis, obijt octuagenarius, *Chyro. profeſ. For. Scola, lib. D. record.*

IO. Maria Floren. de Minoris, vir in ſacra ſcriptura eruditiſſimus, floruit an. 1545.

AVguſtinus Florentinus, filius Marci Antonij de Cartularo, vir in ſcientijs eruditus. Hic maximo labore conſcripſit Matriculã monachorũ noſtræ Congregationis, floruit an. 1545. *For. Scola. Autor incertus.*

PEtrus Paulus Florent. filius Pauli de Volaterranis, induitu habitu monaſtico an. 1545., vir pietatis ac doctrinæ laude celebris.

BAſilius Florentinus de Raphaellis profeſſionem emiſit an. 1547., vir optimæ famæ. Hic Magiſter nouitiorum extitit, obijt octuagenarius, *lib. nig. mortuorum.*

ISidorus Florentinus, filius Michaelis de Squillis, vir inter alias virtutes humilitate clarus, floruit an. 1547.

Iaco-

IAcobus Florentinus ex nobili familia Caddiorum procreatus, vir nõ minus ſanctitatis, quã ſcientiarum laude celebris, profeſſionẽ emiſit an. 1548. Hic multa manuſcripta poſteris reliquit, ſed præcipuè librum qui inſcribitur Noui, ac veteri teſtamenti, qui typis mandari curauit, *Arnol. Vuio. l. 2. C. 70. Abb. Con. Caie. Chyrog. profeß.*

BErnardus filius nobilis viri Io. de Ginoris, vir optimæ indolis, ac pietate inſignis, habitu indutus eſt monaſtico an. 1549. octuagenarius, *For. Scol.*

ANſelmus filius Io. Mariæ à Terranoua profeſſionẽ emiſit an. 1542; vir vitæ admodum exemplaris; hic Prior extitit, ac tandem Bouiano obijt an. 1612. *ma. S. Simpliciani.*

LAurentius filius Io. Baptiſtæ de Pulinis Mantuanus, habitu monaſtico indutus eſt an. 1553 vir vitæ admodum exemplaris. Hic Parochus S. Alexãdri Vitiliani Diœceſis Florentinæ mortuus eſt, ibiquè ante ipſius eccleſiæ Ianuam tumulatus, *For. Scolar.*

ANgelus Florentinus de Griſellis, vir in Græcis Hebraicis, ac latinis linguis, maximè verò in Poeſia erudítiſſimus. Hic Farfæ magiſter Nouitiorũ extitit, obijt an. 1553. *Pe. Record. Dia. 2. pag. 245.*

VIncentius Florentinus ex nobiliſsima familia de Strufa; hic fuit optimæ famæ, indutus eſt habitu monaſtico 1553.

RObertus Floren. filius Andreæ de Pellis, vir docibilis, ac manſuetudine inſignis, profeſsionem emiſit an. 1554.

STephanus Florentinus filius Andreæ de Lapis, vir opti-

optimæ famæ, profeſsionem emiſit an. 1554. *Chyro. profeſſ.*

BEnedictus Florentinus, filius nobilis viri Bonacurſi de Pittis, præclari ingenij adoleſcens, ac pietatis laude inſignis profeſsionem emiſit an. 1555.

DIonyſius Florentinus filius Gaſpari de Bruneſchis, vir timoratæ conſcientiæ profeſsionem emiſit an. 1555.

FRanciſchus Florentinus filius nobilis viri Simonis de Cocchijs, Iuuenis alioquin maximæ expectationis, profeſsionem emiſit 1554.

HOnorius Florentinus filius nobilis viri Hieronymi de Aldobrandinis, habitum monaſticum ſuſcepit an. 1557. Hic fuit non minus humilis, quam doctus, *For. Scola, Chyro. profeſſ.*

SImplicianus Florentinus filius Iuliani de Guardinis, vir manſuetudine, ac humilitate inſignis, indutus eſt habitu monaſtico an. 1559.

PLacidus filius Gaſpari de Leonidis à Bucine, vir vitæ innocentiſsimæ, effectus eſt monachus an. 1562.

PHilippus Florentinus filius nobilis viri Bernardi de Squarcialupis profeſsionem emiſit an. 1563. vir docilis ac pius.

ANtonius Florentinus, filius Romuli de Sanctinis, vir doctus, ac facundus, profeſsionem emiſit an. 1564.

BEnedictus Florentinus filius nobilis viri de Canigianis, emiſit profeſsionem an. 1564, vir optimę famæ.

Franciſ-

FRanciſcus de Rampinis à Prato veteri, vir optimi conſilij ac bonæ conſcientiæ, induit habitum monaſticum an. 1567.

REmigius Florentinus, filius nobilis viri Alberti de Gherardinis, profeſſionem emiſit an. 1567. Hic fuit intimus ac familiariſſimus Laurētij de Vſimbardis Secret. Sereniſſimi Magni Ducis Coſmi Medices.

IVſtinus Floren. filius Octauiani de Siluestris, adoleſcens optimæ indolis, habitum monaſticum ſuſcepit an. 1570. Hic fuit erga D. Chaterinam martyrem ita deuotus, vt eamdem in die ſui obitus videre meruerit. *lib. E. ſacrarij.*

MAuritius Florentinus de Muffatis, profeſſionem emiſit an. 1570. Hic in muſica fuit peritiſſimus.

COrnelius à Florentia, vir vitæ venerabilis, indutus eſt habitū monaſtico an. 1570. maximo cū odore ſuæ famæ animam Deo reddidit in Villa Camporea.

CYprianus Floren. filius Bartholomęi de Fortinis, ſocius in religione ſupradicti Cornelij; Vir monaſticæ diſciplinæ Zelantiſſimus. Hic Prioris officium digniſſimè exercuit, ac tamdem obijt in caſtro Bouianenſe.

LAurentius Florentinus filius nobilis viri Spinelli de Lucalbertis, in omnibus ſcientijs ſingularis, profeſſionem emiſit an. 1573. Hic fuit Viſitator Apoſtolicus, ac monachorum Lotharingiæ Reformator, ac tandem dum eſſet Rector S. Martini Raſorij Vallis

Mugelli Diœceſis Florentinæ, domo, in qua habitabat deprædata, nocturno tempore à Latronibus, vnà cũ famulo occiſus fuit.

ANdreas filius Ioſeph de Acquiſitis à Caſtione Aretino, vir diſciplinæ monaſticæ Zelãt iſſimus induit habitũ monaſticũ an. 1571. annoſus obijt.

ALexander filius Io. Baptiſtæ de Danuſellis ciuitatis Bergomi, vir pietate, doctrina inſignis, Floruit an. 1575.

PEtrus, & Paulus filij Antonij de Fineſces à Radda, Primus Palatium Capitæ ædificauit in Diœceſi Caſtrenſi. Secundus verò vir prudens ac in œconomia intelligentiſſimus, monaſticum habitum ſuſceperunt an. 1576.

HIlarion filius Simonis de Sarchijs à Pelago, vir pius atq; doctus. Hic extitit magiſter nouitiorum, Floruit 1578.

VIncentius Florentinus, filius Franciſci de Brunis, vir vitæ innocentiſſimæ, apud Sublacum Prioris officiũ digniſſimè functus, quieuit in Domino in noſtra Abbatia, vbi indutus fuit habitu monaſtico an. 1554. obijt 1580. *Tab. Archi. ſublacenſis.*

HOnoratus Florẽtinus, filius nobilis viri Io. Franciſci de Filicais, vir vitæ innocentiſſimæ, habitu monaſtico indutus eſt an. 1582.

ANtonius filius Lazari de Domeſticis à Sarzana, profeſſionẽ emiſit an. 1585. Vir pietate, ac modeſtia inſignis, dum Romæ Prioris officium exerceret obijt in Domino an. 1612.

SImon filius Thomæ de Temptis ciuitatis Aretij, vir optimæ apud homines exiſtimationis, Floruit an. 1585.

DIdacus Florentinus, filius nobilis viri Bernardi de Baccellis, vir valdè pius, ipſe aliqua prædia pro quotidiano paramentorum vſu eccleſiæ ac ſacrarij Abbatiæ Florentinæ reliquit, habitum ſuſcepit monaſticum an. 1588.

HIeronymus Florẽtinus, filius Hieronymi de Claro, vir bonæ conſcientiæ, Hic fuit Magiſter nouitiorum, habitu indutus eſt an. 1590.

HIlarion Florent. filius Petri Antonij de Hilarionis, profeſſionem emiſit an. 1594. Hic fuit magiſter nouitiorum.

VIrginius filius Hieronymi de Pontis à Regio, vir doctiſſimus, permultos annos Lector Philoſophiæ ac Theologiæ, profeſſionem emiſit an. 1594.

ZAnobius ab Aretio in noſtra Abbatia ſuſcepit habitum monaſticum an. 1596. Hic ex Piſcia duxit me ad recipiendum habitum Religionis in Abbatia Florentina. Tandem obijt in Caſtro Bouiſané, vbi multa bona fecit.

ARchangelus Florent. filius Coſmi de Gratinijs, vir timoratæ conſcientiæ atq; in Deiparam virginem deuotiſſimus, profeſſionem emiſit an. 1599.

CEſarius filius Bartolomęi de Soccis, vir erga Deiparam deuotiſſimus. Hic in Curia Romana multis Prælatis amicitiam inijt, profeſſionem emiſit an. 1602.

RAphael filius Iacobi de Lepronis vir doctus, atq;

timoratæ conſcientiæ, indutus eſt habitu Monaſtico an. 1602.

LVcas Florentinus filius Iacobi de Tellis, vir bonus, hic Bouiani Parochus obdormiuit in Domino. Habitum ſuſcepit monaſticum an. 1602.

TIburtius filius Io. Baptiſtæ de Bazzantis à monte Varchio, indutus eſt monaſtico habitu anno 1604. Vir diſciplinæ monaſticæ, necnon cæremoniarum monaſticarum Zelantiſſimus. Hic nonnullos libros corales maxima cum diligentia ſcripſit, ex quibus vnum in monaſterio S. Petri de Peruſio, ac vndecim in noſtra Abbatia reliquit, Magiſter nouitiorum exſtitit digniſſimus, vti ego ipſe eius aliquando diſcipulus ſum expertus, ac tandem in Portu Cetrarij Dominij Caſſinatis Montis dũ Cataniæ ad S. Nicolaũ de Arenis Prior pergeret, maximo cum exemplo ſpiritum Deo reddidit an. 1632.

FÆlix de Maſettis à Pelago, vir præclari ingenij, habitu indutus eſt an. 1605.

FLauius de Erminis à Staggia Diœceſis Senarum, licet Iuuenis in ſcientijs eruditiſſimus, profeſſioné emiſit an. 1605. apud S. Angelum montis Caucoſi, obijt 1621.

AMbroſius Aretinus, filius nobilis viri Lelij de Baccis profeſſionem emiſit an. 1607. tandem obijt œconomus Bouiani 1621.

ANtonius Florentinus, filius Nicolai de Panichis, vir Ingenuus, ac mitiſſimus, obijt magiſter nouitiorum an. 1640. profeſſionem emiſit an. 1617.

SYluius Florentinus, filius nobilis viri Laurentij de

Zatis profeſſionem emiſit an. 1616. Hic ſcripſit eleganter ac Italico ſermone Hiſtoriam omnium Animalium.

IO. Euangeliſta Florentinus, filius Ioannis de Coreſis, vir bonæ conſcientiæ, ſuſcèpit monaſticum habitum an. 1632.

HIlarion Aretinus, filius nobilis viri Ioannis de Claromannis, Iuuenis præclaris ingenij, atque ſtudioſiſſimus, in noſtra Abbatia proeſſionem emiſit circa annum 1634.

HYacintus filius Simonis de Segherijs à mõte Carolo Diœcesis Piſcienſis, vir pietate, modeſtia, ac patientia clarus, habitũ monaſticum ſuſcepit an. 1619. obijt verò in caſtro Bouianenſe, dum eſſet ibi æconomus an. 1636. ætatis verò ſuæ 33.

Sequuntur nonnulli alii Monachi profeſſi aliorum Cænobiorum noſtræ Congregationis, qui aliquo tempore in noſtra Florentina Abbatia vixere, quiq; ſingularem ſemper in eamdem affectum demonſtrarunt.

C A P. X.

PLACIDVS Pauanellus Patauinus, S. Iuſtinæ alumnus, vir vitæ venerabilis: Hic fuit Cubicularius Eugenij IV. Abb. Generalis Congregationis Vallisumbroſæ, ac Secretarius Reipublicæ Florentinæ, Parentiæ in Hiſtria Epiſcopus, quo dimiſſo, iterum Epiſcopus Tur-

Torcelli creatus eſt, vbi extremum vitæ diem clauſit an. 1466. *Arnol. Vuio. lib. 1. cap. 34. Scardeonius lib. 2. claſ. 6. Couaccius lib. 5. Abb. Lucatellus lib. 1. c. 66. Auguſti. Camald. lib. 2. c. 66. 68. Abbates Vlmus, Caietanus, ac Hieron. à Potentia, For. Scola.*

VIctorinus Manſus Auerſanus, Profeſſus Cauenſis: vir Doctiſſimus, ac diſciplinæ Monaſticæ zelantiſſimus: Hic primùm in noſtra Abbatia Prior extitit, deindè aliorum Monaſteriorũ Abbas; Vicis Regibus Neapoli ijſdemque Mirandæ, Monſrei, ac Oliuares Comitibus cariſſimus: Monachorum Melitenſium in dominio Raguſino Reformator. Caſtri à Mare, necnon Arianenſis Epiſcopus; Romæ inter Epiſcopos aſſiſtentes cooptatus, nonnullos libros de modo procedendi in cauſis regularium, itemque de Armonia Theologica Patrum, ac alios, ſingularem eius doctrinam redolentes poſteris reliquit, ac tandem Neapoli apud S. Seuerinum obdormiuit in Domino ann. 1621. *Arnol. Vuio. lib. 2. c. 79, Tabulæ Archi. M. Caſini, Cauæ, Sublaci, ac Neapoli; Hiſtor. Cherubini Mirti. Abb. Con. Caiet. For. Scola, matric. S. Simpliciani.*

THeophilus Folengus Mantuanus, dictus Merlinus Coccaius, Monachus S. Euphemiæ Ciuitatis Brixienſis an. 1508. vir in Poeſia ſingularis, vt præclara eius opera teſtãtur, Campeſij apud S. Crucem propè Baſſanum in Ripa Brentæ defunctus eſt an. 1544. *Arnol. Vuio. lib. 2. cap. 78. Pe. Recor. Dia. 4. pag. 459. Laurentius Pigonius Patauinus, Abb. Con. Caiet. For. Scola.*

PLacidus Florentinus, profeſſus S. Iuſtinæ de Padua.

ſua; vir iuſtus, hic per annum in noſtra manſit Abbatia. Sanctos Benedictum, Placidum, atq; Maurum in mortis articulo videre meruit, ſicque maximo cum odore ſanctitatis expirauit an. 1528. *For. Scola, Abb. Hieron. à Potentia, lib. mortuorum S. Iuſtinæ.*

GRegorius Corteſius Mutinenſis, alumnus S. Benedicti in Agro Mantuano, circa ann. 1508. Hic in noſtra Abbatia manſit multos dies; vir doctiſſimus; dum eſſet Abbas ſui Monaſterij à Paulo III. in Cardinalem eſt aſſumptus an. 1542. *De hoc agunt matric. D. Auguſtini Cartulari, For. Scola, Autor incert. Ciacconius in Vitis Pontific. lib. 2.*

NIcolaus de Donatis à Camaiore Diœceſis Lucēſis, Monachus S. Eugenij Senarum, floruit circa an. 1520. vir vitæ integerrimæ, ac doctrina clarus. Hic maximo cum pietatis exemplo 3. annos in noſtra Abbatia conſumpſit, ac ſui temporis Hiſtoria de bello Hetruſco inter Carolum V. & Henricum Regem Galliæ contexuit. *De hoc agunt Arnol. Vuio. lib. 2. c. 23. matric. Cartular. Abb. Con. Caiet.*

IAcobus Veronenſis, alumnus S. Nazarij, habitum ſuſcepit Monaſticum an. 1518. Hic primus Æconomus in Collegio Montalti Ciuitatis Bononienſis extitit, cuius poſſeſſionis, ac redditus ſumma cum prudentia, ac induſtria non mediocriter auxit. *For. Scola. matric. Mon. S. Simplic.*

THeophilus Senenſis, profeſſus Sacri Monaſterij Caſſinenſis, vir vitæ integerrimæ, ac in Sacris Litteris, maximè verò in Mathematicis peritiſsimus, per multos menſes manſit in noſtra Abbatia. Hic

Romæ ob grauia negotia S. R. E. à Gregor. XIII. Summo Pontifice bis vocatus fuit, nouam Calendarij reſtaurationem in Villacamporea fecit, necnon alia quidam eius opera poſteris reliquit, tandem in Monaſterio ſuæ profeſſionis obdormiuit in Domino an. 1586. *Arnol. Vuio. lib. 2. cap. 78. For. Scola, matric. Mon. 8. Simplic.*

ISidorus de Claro in territorio Brixienſi Monachus S. Ioannis Parmenſis, per annum manſit in noſtro Cęnobio Florentino. Hic fuit vnus ex Patribus Conci. Trid., vir doctrinæ, ac virtutum laude celebris, multorum Cænobiorum Abbas exſtitit, ac demum Fulginei Epiſcopus creatus, ibidem obijt an. 1555: *de hoc agunt For. Scola, Arnol. Vui. lib. 2. cap. 42. Vgbellus in Italia ſacra to. 1. pag. 770. & non nulli alij ſcriptores.*

HIeronymus Catanus Patauinus S. Iuſtinæ alumnus, vir vitæ admodum exemplaris, atq; in ſacris litteris, & Poæſia peritiſſimus. Hic SS. Proſdocimi atq; Iuſtinæ Martyrum vitas conſcripſit. *Arnol. Vuio. lib. 2. cap. 69. For. Scola, Autor incertus.*

COnſtantinus Siracaſanus ex Illma familia Caietanorũ de Piſis procreatus, emiſit profeſsionẽ in S. Nicolao de Arenis ciuitatis Catanenſis an. 1585. Vir doctiſsimus Antiquitatum, Pauli V. Antiquarius, Abbas S. Barontij, Fundator ac Præſidens Collegij Gregoriani, necnon Bibliotechæ Anicianæ Almæ vrbis, Conſultor Congregationis de Propaganda fide. Hic eſt omnium Benedictinorum decor, ac ſplendidiſſimum lumen, ita vt à viris doctiſſimis atq; illuſtrioribus

ribus Salamanchæ, Hiſpaniæ, Germaniæ, Luſitaniæ, atq; Galliæ multis honorum titulis decoretur, nunc Sol, Luna, Stella, antiquitatum Reſtaurator, Pater, Protector, Dux, atq; defenſor totius Benedictini Ordinis, meritò vocatus. Huius præclara opera vſq; ad 30. numerantur, vt videre eſt in noua Leonis Allatij Apium Vrbanarum recenſione, manſit in noſtra Abbatia nonnullos annos.

BEnedictus de Caſtellis nobilis Brixienſis profeſſus S. Fauſtini, vir in matthematicis ſcientijs ſingularis, necnon Deiparæ Virginis deuotiſſimus, diſcipulus famoſiſsimi Galilei. Hic à Sereniſsimo Coſmo ſecundo M.D. Hetruriæ Lector matthematicæ in Vniuerſitate Piſarum electus. ſed antea Nobilium Florentinorum, imò & Principum magiſter effectus, tandem Romæ in ſeruitio Vrbani VIII. ſummi Pontificis extremum vitæ diem clauſit an. 1643. & apud S. Paulum ſepultus fuit. Reliquit noſtræ Abbatiæ Florentinæ pulcherimam Imaginem æneam Crucifixi, & eius memoria ibi ſemper maneat.

ALexander Neapolitanus ex nobiliſsima Rodulphorum familia de Florentia progenitus, Profeſſus ſacri Cænobij Cauenſis. Vir doctrina clarus, necnon in ſua conuerſatione ingenuus, ipſe Cronicam dicti Monaſterij ſcripſit, necnon alia opera, quæ ingenium ſuum ſatis commendant, manſit per multos menſes in noſtra Florentina Abbatia, ac tandè eiuſdem Cænobij Cauenſis Abbas in Domino obdormiuit an. 1515. *For. Scola, Autor incertus, Tab. Archi. Cauenſis.*

IO. Baptiſta Florentinus ex nobiliſsima Sacchettorum familia genitus, alumnus SS. Floræ, Lucillæ ac Eugegij. Vir pius atq; deuotus; Hic maximo cum exemplo in noſtra Abbatia dignitatem Prioris potitus eſt. deinde Abbas creatus, talem dignitatē exercuit in multis Cænobijs, ſed ob decrepitam ætatem abſoluitur à Regimine, & cū odore bonæ famæ Aretij obijt 1605. *Catalogus Abbatium Auerſe, Aretij, For. Scola. matri. anciqua.*

DEſiderius de Vannia Ianuenſis, S. Nicolai de Buſchetto profeſſus. Hic fuit, vir vitæ innocentiſsimæ, ita vt in antiquiſsimis matriculis noſtræ congregationis nō minus ſanctus, quam doctus celebretur, obijt in noſtra Florentina Abbatia an. 1588.

IAcobus Florentinus, filius Io. Gualberti de Leoncinis, in Cænobio Aretino habitum monaſticum ſuſcepit, vir vitæ integerrimæ, necnon in ſcientijs eruditiſsimus. Hic aliquando noſtræ Abbatiæ Prior exſtitit an. ſcilicet 1563. ac tandem ſeptuagenarius cum maxima hominum exiſtimatione Abbas monaſterij ſuæ profeſsionis occubuit an. 1616. *For. Scola. Catolag. Abb. Aretinenſium.*

PAulus Florentinus, alumnus S. Iuſtinæ; vir admodum ſtudioſus ac timoratæ conſcientiæ. Hic D. Ignatij de Squarcialupis viri famoſiſſimi ſecretarius fuit, ac tandem in morte quæ Patauij accidit an. 1518. præclara ſuæ virtutis exempla reliquit. *For. Scola, lib. Mon. S. Iuſtinæ.*

HIeronymus Florētinus, monachus Abbatiæ Aretinæ an. 1528. Hic fuit vir vitæ venerabilis,

atq;

atq; in ſcriptura ſacra optimè verſatus, manſit nonnullos annos in noſtra Abbatia Florentina, deinde Abbas monaſterij ſuæ profeſſionis, tandem in Domino obdormiuit in cænobio S. Spiritus apud Ticinum, *Matri. S. Simplic. For. Scola.*

LAurentius Florentinus, effectus eſt monachus in Cænobio SS. Floræ, Lucillæ ac Eugegij an. 1506. Cum eſſet iuuenis manſit in noſtra Abbatia, vir charitate in pauperes, ac præcipuè patientiæ virtute inſignis. Hic monaſterij ſuæ profeſſionis Abbas exſtitit, ibiq; obijt an. 1553. *Are. For. Scola, Matri. S. Simpliciani, Catalogus Abb. Aretinenſium.*

BEnedictus à Mathera in Regno Siculæ, profeſſus S. Angeli de monte Caueoſo an. 1507. Hic fuit ſtatura Gigantea, atq; inaudita fortitudine præditus, ita, vt aliquando furioſum quemdam Thaurum rapido in eum curſu proſilientem cornibus arreptum, non modo ſtare coegerit, ſed etiam propria manu illicò iugulatum dimiſerit: nonnullos etiam ſcripſit libros chorales, quos Picturis exquiſitiſſimis illuſtrauit, vt patet in noſtra Abbatia Florentina. *For. Scola, Abb. Con. Caie. Matri. Cartulari, atq; mon. S. Simpliciani.*

BArtholomæus à Paternione in Regno Siculo monachus S. Nicolai de Arenis ciuitatis Catanenſis an. 1540. vir vitæ venerabilis, ac in omnibus ſcientijs ſummò & Poeſia optimè verſatus: Hic fuit in noſtra Abbatia Lector Philoſophiæ; Cronicam ſui Cænobij conſtruxit, necnon vitam S. Agathæ ſcripſit, ac nonnulla in Apocalypſi commentaria reliquit, demum Prior ſui monaſterij obijt an. 1593. *Arnol. Vuio. lib. 2.*

cap. 63. For. Scola.

IO. Antonius à Pontremulo, S. Mariæ Prataleæ alumnus an. 1552. Vir pius, atq; magnanimus; Hic in noſtra Abbatia Prioris officium laudabiliter exercuit, ac tandem Abbas S. Batholomæi de Aſt in Domino obdormiuit. *For. Scola, Matri. S. Simp.*

THæophilus à Potentia monachus S. Seuerini de Neapoli an. 1570. Hic fuit duplici ſpiritu zeli, & charitatis ornatus, excellens Nardus omnium virtutum odorem ſuauem redolens, Inſignis Philoſophus, ac Thologus in noſtra Abbatia extitit lector cũ admiratione Florentinorum. *Fortu. Scola, Incertus autor. Matri. S. Simpliciani.*

THimoteus Neapolitanus, item profeſſus S. Seuerini an. 1575. eximius in litteris fuit, ac in ſanctitate, ideò meruit eſſe Viſitator, ac Reformator Apoſt. Sardiniæ, ibiq; obijt. *For. Scola, Ma. S. Simpl.*

CLemens item Neapolitanus ac monachus S. Seuerini an. 1576. Hic fuit aſsiduus mortis contemplatione in Cælo viueret, vt nunquam moriturus, in noſtra Abbatia manſit per duos annos. Hic fuit Viſitator Apoſto. Sardiniæ ac obijt Abb. Caſtrouillarũ. *Matri. S. Simplic. Autor incertus. For. Scola.*

LAurẽtius a Marſalia Siculus profeſſus s. Martini de Scalis an. 1570. Vir doctiſſimus, ac diſciplinæ monaſticæ zelantiſſimus. Hic Abbatiæ noſtræ Florẽtinæ Prior cũ maximo pietatis exemplo extitit, fuitq; Domni Bernardi Peruſini, ac Dominici à Colognia Viſitatorum Apoſtolicorũ Secretarius, tandem obijt in S. Martino an. 1600.

Mode-

MOdeſtus de Brunis Piſanus, dictus Ciccottus, Profeſſus S. Petri de Peruſio an. 1584. vir vitæ integerrimæ, ac ſtudioſus, vt liber eius orationũ Typis æditum in Ciuitate Piſarum, ſatis declarat; Hic fuit Prior in multis Cœnobijs, demum ceſſit adminiſtrationem, & inter Abbates Titulares præeminentiam habuit, ac in noſtro Cœnobio Florentino nonnullos annos manſit, *For. Scola.*

MAximus Aretinus, almunus S. Scholaſticæ Sublacenſis, hic duxit vitam exemplarem, multos menſes conſumpſit in noſtra Abbatia, maximo cum exemplo Florentinorum, deindè in multis Cœnobijs Abbas extitit, tandem ſpontè ceſſit adminiſtrationem, ibique in Domino quieuit, *matric. Mon. S. Simplic. For. Scola, Tab. Archi. Sublacenſis.*

COnſtantinus de Notarijs, profeſſus S. Seuerini ciuitatis Neapolitanæ, vir doctiſſimus, ac diſciplinæ Monaſticæ zelantiſſimus: Hic nonnullos libros compoſuit, inter quos vnus, Duellum ſcientiæ, & ignorantiæ inſcribitur, alius Ciues Celeſtis, Compendium Sairi viri clariſſimi, & alios quos breuitatis cauſa obmitto, Abbatiæ Florentinæ Prior extitit, ac tandem in Cœnobio S. Mariæ Miraculorum Andriæ in Domino obdormiuit, *matri. Mon. S. Simplic. Autor incertus, For. Scola.*

INnocentius de Manteca Abb. S. M. Delacromenſis propè Raguſam, vir verè pius. Hic dum ad Generalem Capitulum pergeret in noſtra Abbatia Florentina ceſſit è vita an. 1609.

VIctorinus de Cardillis Meſſanenſis in Agro Panormi-

normitano, in Cęnobio S. Martini de Scalis indutus eſt habitu Monaſtico, vir doctrina, ac pietate clarus, à nobilioribus Panormitanæ Ciuitatis ſummis affecti- bus honoribus, necnon à Donna Ioanna Auſtriæ ad Regem Hiſpaniarũ pro matrimonio filiæ dictæ Don- næ Ioannæ Orator miſſus, ac tandem in pluribus Cę- nobijs Prioris Officio digniſſimè functus, in maxima hominum exiſtimatione obijt. Hic fuit in noſtra Ab- batia maximo cum exemplo ſuæ vitæ integerrimæ.

SEuerinus de Pellizijs Nobilis Meſſanenſis, alum- nus S. Mariæ Gangij, Doctor eximius, atque Dei- paræ Virginis deuotiſſimus: Hic in noſtro Cęnobio Florentino Philoſophiæ, ac Theologiæ Lector, exami- nator Synodalis Alexandri Martij Medici Archiepiſ- copi Florentini, ac S. Nicolai del Ceppo, eiuſdem ci- uitatis Florentiæ Correptor, nec non Marchionis Ragæ confeſſor, Romę tandem apud S. Paulum Prior obijt an. 1622.

STephanus Mediolanenſis, ex nobiliſſima Figino- rum familia progenitus, profeſſus S. Simpliciani, eiuſdem ciuitatis Mediolani. Vir zelantiſſimus Mona- ſticæ diſciplinæ, ac iuriſdictionum ſuorũ Monaſteriorũ, vbi extitit Abbas, necnon deuotus Deiparæ Virgi- nis. Hic in noſtra Abbatia Florentina Cancellarius totius Congregationis extitit an. 1624. demum mul- torum Cęnobiorum Abbas fuit, vbi multa bona fecit, ideò meruit eſſe caput, & corona tertia vice noſtræ Congregationis; dum eſſet Abbas S. Benedicti Fer- rarienſis ciuitatis, litem poſuit pro beneficio S. Her- culani ciuitatis Vrbaniæ, olim Caſtri duranti, & obti-

nuit

uit ſententiam contra Epiſcopum, Clerum, ac Magiſtratum dictæ Ciuitatis Vrbaniæ. Et ego ſub protectione tanti viri in Cęnobijs S. Benedicti Ferrarienſis, ac S. Simpliciani Mediolanenſis compleui labores meos, ac Typis mandaui.

VIncentius Sgualdus Placetinus, alumnus S. Sixti, vir in ſcientijs eruditiſſimus, vt liber eius Politicę Lesbi inſcriptus ſatis declarat. Hic fuit in noſtra Abbatia Florentina Cancellarius, totius Congregationis an. 1619: nunc verò Abbas digniſſimus S. Petri Ciuitatis Regij.

PLacidus Mancius Peruſinus, Monachus S. Petri de Peruſio. Hic a Paulo V. ſeptem Cęnobia Prouinciæ Marchiæ adminiſtrationem accepit, tùm à Gregorio XV. Congregationis Melitenſis in territorio Raguſino, eiuſdem Generalis miſſus, ac tandem in noſtra Abbatia Florentina, trium annorum ſpatio Prioris Officio munere functus, nunc Abbas digniſſimus Fulginei.

ILarius nobilis Lucenſis, ex familia Burlamacchorum progenitus, in Cænobio S. Martini de Scalis in agro Panormitano effectus eſt monachus; Vir vitæ integerrimæ, Pauperum conſolator, diſciplinæ monaſticæ zelantiſſimus, necnon in Thæologia morali, ac cæremonijs Eccleſiaſticis eruditiſſimus. Hic annis decem tum in noſtro monaſterio Florentino, tùm Bouiani Parochus manſit, vbi quamplurimos ad meliorem vitam reduxit exemplo, ita vt multià diuerſis locis Vallis Arianæ, id eſt Vallisnebulæ pro ſalute animæ recuperanda ad eum confluxerunt,

à quo

à quo nonniſi contriti vnquam recedebant, maximo cum exemplo extitit Prior ac adminiſtrator S. Mariæ ciuitatis Plateæ in Inſula Sicula.

GRegorius Ricciardettus Aretinenſis profeſſus SS. Florę, Lucillæ ac Eugegij, vir doctus, ac monaſticæ diſciplinæ Zelantiſſimus. Hic dum eſſet Prior noſtræ Abbatiæ, tempore quo Abbas Iſidorus Rubbia electus fuit Epiſcopus Bertinorenſis, poſuit litem contra Archiepiſcopum Florentinum in cauſa vſurpationis Eccleſiæ ss. Simonis, ac Iudæ Apoſtolorum factæ à dicto Archiepiſcopo; & accepit vi Poſſeſſum, & à ſacra Rota obtinuit ſententia contra dictum Archiepiſcopum. Nunc Abbas digniſſimus Gratiarum.

GAbriel Ianuenſis filius Io. Baptiſtæ de Riccis alumnus S. Hieronymi Siluariæ, Iuuenis optimæ Indolis, necnon in ſcientijs Accademiarum eruditus, ſtuduit Philoſophiã in noſtro Cænobio Florentino.

ANgelus Corteſius, in Collenſi ciuitate in Tuſcia natus, monachus S. Trinitatis Cauenſis, vir vitæ exemplaris, hic manſit in noſtra Abbatia plures vices maximo cum exemplo.

Abba-

Abbatiæ Florentinæ Benefactores inſignes, quos per relationes, ſcripturas, necnon earum ſtēmata extraxi, hoc loco ponuntur, vt eorum memoria ac beneuolentia omnibus clareat.

CAP. XI.

POntifices, qui confirmauerunt omnia bona, & receperũt noſtram Abbatiam, ſub poteſtate S. Sedis, vel aliquod beneficiũ fecerunt: inter hos Summos Pontifices ſunt Alexander ſecundus an. 1070. Alex. tertius ſub datum Auinione ann. 1176. Eugenius quartus. Clemens tertius, tertio Idus Februarij an. 1188. ſub datum Laterani. Gregorius nonus, ſub datũ Peruſij 4. kal. Febru. 1228. Vrbanus V. an. 1365. Honorius IV. an. 1285. Leo. X. ſub datum Romæ ſexto nonas Iulij an. 1514. Paulus tertius an. 1537. Laurentius Cardinalis Campeggius an. 1537.

IMperatores qui confirmauerunt omnia bona dictę Abbatiæ, Otho tertius, actum in Paterno an. 1002. Enricus Imp. actum in Pauembero 1012. Corradus Imp. actum Cingelimherim ann. 1030. & actum Radesbonæ 1038. & actum Vidalianæ an. 1038. Enricus quartus Impe. Berteſtation an. 1073.

VVilla Comitiſſa fundatrix. Vgo Comes eius filius Benefactor ex donatione de an. 994. Bonifacius Marchio affinis eiuſdem Vgonis, ex donatione ſub datum in loco Planoro an. 1009. Siccus filius Andreæ

dreæ actum Florentiæ an. 1018. Petrus filius Ioannis an. 1019.

Sequuntur familiæ quæ Abbatiæ noſtræ gratæ fuerunt.

CAP. X.

FAmilia de Adimarijs, propter inſignia gentilitia in paramentis ſacris, necnon in Vaſculis argenteis vbi aſſeruantur reliquię Sanctorum.

De Donis: ex apparatis ſacris, atq; ex pictura S. Angeli cuſtodis.

De Boniſis: ex ſacello, & apparatis ſacris.

De Bonafide: ex multis pretioſis apparatis ſacris, ex Cappella,& ex Tabula Anniuerſariorum.

De Benadù: ex Legato.

De Baccellis: ex nonnullis picturis, paratis ſacris, atq; Tabu. anniuerſariorum.

De Balduuinis: ex Tab. Anniu.

Del Bianco: ex nobiliſſima pictura S. Bernardi, ac etiã Sacello, & Tab. anni.

De Bottegarijs: ex Tabu. Ann.

De Boſcolis) Ex ſacellis, paramentis atq; ex tabula
Del Caccia) anniuerſariorum.

De Albizis: ex paramentis ſacris, atq; pictura S. Sebaſtiani.

De Carlinis)
De Barba)
De Garbo) ex tabula anniuerſariorum.
De Landinis)

De Nellis)ex pretioſis apparatis ſacris,ac etiam
De Neronis) ex magna Cruce Argentea, ex dua-
De Pandulfinis) bus vaſculis & duabus Arculis ar-
genteis pro ſeruandis Reliquijs Sanctorum, atq;
varijs Picturis.

De Cedrinis: ex apparatis ſacris atq; pictura S. Tri-
nitatis.

De Capponis: ex apparatis ſacris, necnon ex quam-
plurimis beneficijs.

De Couonis: ex multis pretioſis apparatis ſacris, ex
ſacello, & nonnullis alijs rebus.

De Corbinellis)
De Chamarchijs) ex Tab. Anniuer.

De Gianfigliazijs: ex Vaſculo marmoreo pro aqua be-
nedicta, ex paramentis, atq; ex Tabula Anni.

De Ferrantis: ex Nobiliſſima pictura S.Hieronymi, &
ex apparatis ſacris.

De Filicais: ex Capite Argenteo S. Andreæ Scoti.

De Lenzonis: ex Sacello.

De Iunijs: ex apparatis ſacris, ex Tab. Anniu. atque
vaſculo marmoreo pro aqua benedicta.

De Lemes, natione Flaminga: ex nobiliſſima Alba,
& multis alijs beneficijs.

De Montautis: ex nobiliſſimo Calice argenteo.

De Minorpittis: ex apparatis ſacris.

De Strozzis: ex eius ſtemma in apparato nigro, vnà
cum inſigni de Donis.

De Serraglis)

De Saluctiis)

De Placidis)

De Portinarijs) ex Tab. Anniuerſariorum & multis

De Ioannis) alijs beneficijs.

De Vernaccis)

De Lapinis)

De Sanctis)

De Valoris: ex Sacello, atq; apparatis ſacris.

De Niccolinis: ex apparatis ſacris, & nõnullis alijs rebus.


Inuenitur & alia familia benefica, cuius cognomentũ non adhuc nobis eſt exploratũ; Stemma tamẽ eius eſt ſequens, ſcilicet tres Roſeæ Croceæ in ſuperiori parte, quæ eſt rubei coloris, in altera verò quæ eſt cerulea, effingitur Canis Albus, & ex nonnullis alijs beneficijs.

De Sarcophagis Abbatiæ Florentinæ

C A P. XII.

Hactenus Abbatuum, necnon Inſignium Monachorum, & nobiliſſimorum Benefactorum noſtræ Abbatiæ Florentinæ Catalogo, atq; ſerie deſcripta. Nunc Sarcophaga eiuſdem antiqua, atq; moderna, ne memoria illorum pereat, qui deuotionis gratia illa conſtruxère, rationi conſentaneum eſſe duxi. Hæc igitur partim à Celeberrimo Antiquario Hetruriæ Carolo filio nobiliſſimi viri Thomæ de Strozzijs familiariſſimo meo; partim à Matthæo de Segalonis Architecto Eccleſiæ noſtræ Abbatiæ, & partim à me deſcripta Benigne, atq; Amantiſſime Lector accipe.

Sepulchrum ferreum Vgonis Marchionis vbi à Marino Abbate inuentum fuit eius corpus ſupinum.



Aliud Sepulchrum Porphyreticum eiuſdem Marchionis, ſiue Comitis Vgonis, cum hac Inſcriptione.

F	luctuat in terri	S	qui ſemper viuere quæri	T
L	uminis & ſtabil	I	non manet ille grad	V
E	n ego diues Vgo D	V	x, fulſi nomine claru	S
R	exi iure pi	E	regmine carnis in ho	C
E	t docui mite	M	prauum ſub faſce coeg	I
M	e raptor furt	A	pauit amare mal	A
A	frum me coluit re	G	num, & qui rexerat illu	D
R	oma mihi paru	I	t, vt Pater hanc domu	I
I	ſte tamen tumulu	S	me claudit marmore paruu	S
T	uſca manus flore	T	mortis honore ſub hoc	C
V	t me [illegible] ardo	R	non vrat lector ador	A



Nouiſſimum atque modernum Sarcophagum vbi nunc requieſcunt, ac aſſeruantur oſſa ſupradicti Principis Vgonis. Archa nobiliſſima marmorea cum ſtatuis, & cum hac Inſcriptione, quæ ſituata eſt in pariete Eccleſiæ inter ſacella S. Bernardi, & Paſsionis Chriſti.

D. O. M.

VGONIS. Ot honis tertij Imperatoris Affini, ac Comiti Marchionis Andeburgenſi, Etruriæq; Præfectus, qui D. Benedicto, hoc olim, & ſex alia Cænobia condidit. Pij huius loci Monachi de ſe bene meriti Sepulchrum vetuſtate attritum inſtaurauit ann. ſalu. 1491.

H. M. H. N. S.

obijt an. ſalu. 1001. 12. *Kal. Ianuarias.*

Sed melius dici poteſt vt infra.

Salue

Salue Flos Heroum VGO
Tu D. Adeleidæ Auguſtæ, atq; Othonis primi
conſanguineus,
Tu Regum Vgonis & Lotharij Italiæ nepos,
& Conradi Cæſaris conſobrinus
Auitam generis nobilitatem,
Hoc eſt præclara, ſed aliena fortunæ decora
Virtute prorſus tua ſuperaſti.
Te Lucenſes, & Camertes Comitē, Spoletani Ducē,
Roma Præfectum, Italia Imperatoris Vicarium,
Hetruria, quem genuerat, Principem voluere:
Vſque adeò Prouinciæ certatim, ac Regna
Soſpitatis, fauſtitatiſque ſuæ ſpem omnem in Te vno
collocabant.
Quid? Florentini Ciues amantiſsimum Te parentem
ſortiti ſunt,
Atq; infelicium agmen propugnatorem.
Ordo quoq; à Benedicto inſtitutus cui plurima
erexiſti Cænobia,
Tuo adoleuit in ſinu.
Salue iterum VGO, quem ad inuidiam temporis
Quamquam olim anno ſalutis primo ſupra milleſimū
Piſtorij demortuum, Florentiæq; tumulatum,
Adhuc ſuperſtitem veneramur.
Quot enim tuæ monumenta liberalitatis excitaſti,
Tot extuliſti Mauſolea,
Quæ viuentem in omnium cordibus VGONEM
ſpirant.

D. Hyacinthus Galeottus Piſcienſis
Abb. Nicoſiæ Piſarum.

Æuiternitati VGONIS Gloriæ
Vberti, & Vuillæ conſortium,
ex Regia Caroli Magni Stirpe
FILII,
Lucæ ſuæ vitæ Lucem adepti,
Vgonis, Lotharij, & Sanctæ Adeleidæ
Regum Italię,
NEPOTIS,
Conradi ſecundi Imperatoris,
AFFINIS,
QVI
CLARVS EXTITIT CAMERTI COMES
SPECTATVS SPOLETI DVX
MAGNVS HETRVRIÆ PRINCEPS
SELECTVS ROMÆ PRÆFECTVS
NEC NON
SACR. ROM. IMPER.
VICARIVS
Profuit omnibus Prouidens, Italis, dum Præfuit Prudens.
Obſtitit Creſcentio Tyrãnide Romam vexare Conanti,
Ab tumultuoſo Romuleæ Plebis Impetu
Tertium extricauit Othonem,
Sæpius aliquos Pontifices
TVTATVS.
Erectis Cænobijs ſeptem ingenti D. Benedicti Patrum
Beneficio.
Sexq; Florentib. Florentiæ familijs Auiti ſui ſtemmati Flores
Ab ſe condecoratis, Florentinæ Abbatiæ collatis profuſè
muneribus,
Piſtorij ſuum deniq; diem obijt ann. ſal. M. I.
HEROIS TANTI
Cinerum Florentiæ Vrna Aſſeruatur.
CVI
Ne Florum æternantium ſerta deſint, cùm tot fuerint Merita,

DE GANGALANDIS.

Sepulchrum de Gangalandis cum hac Inſcriptione in tabula alba marmorea, in pariete Capituli noui, vbi antiquitùs erat atrium, & ingreſſum Eccleſiæ noſtræ Abbatiæ.

.D. .O. .M.

Comitibus de Gangalandis ad annum 1080. *ſcutum decuſſatum Albo nigroq; colore diſtinctum cum aurato Leone fuit Inſigne eo tempore VGO Comes, & glorioſiſs. Marchio Ætruriæ Præfectus ab Imp. Ottone tertio ob egregia facta decretus ex inſigni ſuo tribus albis labaris in ruſſato Vmbone, ac equeſtri ſplendore Patritias ſex Florentinas Familias donauit, ex his Vnaè Comitum de Gangalandis, Aquila verò ab eodem Imperatore accepit, & à Regnato Rege cùm anno* 942. *Florentinos aduentaßet aureo lilio fuit decorata, veteri dignitati reſtituta, Gangalandis PP.*

DE PANDVLFINIS.

Archa nobiliſſima marmorea Iannotij Pandulfini ſituata in ingreſſu Eccleſiæ, cum hac Inſcriptione.

.D. O. M.

Iannotio Pandulfino Equiti Clariſſimo Reipublicæ muneribus Domi foriſque ſumma cum laude functo Filij parenti optimo poſuerunt, obijt an. Domini 1460.
12. *Kal. Decembris.*

Sepultura marmorea in pauimento Eccleſiæ eiuſdem familiæ, cum ſuis characteris.

S. Filippo di ſer Gio. Pandolfini 1433.

Alia ſepulchra eiuſdem familiæ in pauimento marmoreo, in ſacello S. Stephani extra Eccleſiam.

Nicolaus S. R. E. Card. 1519.

Iamotius Pandulf. Epiſcopus Troiæ, an. Domini 1525.

Ferrandus Pandulf. Epiſcopus Troiæ, an. 1560.

Io. Baptiſta Pandulfinus Pandulfi filius, ſacellum hoc ſumma pietate D. Stephano conſtruxit, necnon eiuſdem familiæ poſteris monumentum hoc ſubeſſe voluit. Quod deinde Robertus ex filio Nepos pauimento marmoreo ornandum teſtamentum reliquit an. 1592.

DE COVONIBVS.

Tabulæ marmoreæ in pauimento ſacelli eiuſdem familiæ.

Ieſu Chriſto noſtro Redentore perdona à coſtoro & ogni peccatore. Sepolcro di Antonio Pagolo de Couoni mercatante, e de ſuoi deſcendenti.

Sepulchrum Pauli Couonis de Couonibus, & ſuorum deſcendentium.

DE IVNIIS.

Archa nobiliſſima marmorea Bernardi Iunij in pariete Turræ ſacræ apud ſacellum Couonorum, cum hac Inſcriptione.

Bernardo Iunio equiti Florentino, Publicæ concordiæ, ſemper Auctori & Ciui veri populari. Pij Fratres Fratri de ſe deq; Republica optimè merito poſuerunt. obijt A.D. 1466.

S. Raffaello Giugni 1520. Lapis quadrata in pauimento Eccleſiæ.

DE PORTINARIIS.

Tabula marmorea in paui. Eccleſiæ cum hac Inſcriptione.

S. Bar-

S. Bartholi Michaelis de Portinarijs.

DE HIERONYMIS.

.D. .O. .M.

Caſſandra Couoni, Zenobij de Hieronymis quondã vxor hoc ſibi ſuiſq; S. ſtruxit, in quo mærens Antonium F. *humauit an.* 1566.*Kal. Ianuarij.*

Hoc ſepulchrũ ante reſtaurationem Eccleſiæ erat in pauimento vbi nunc eſt Sanctuarium.

DE BONAFIDE.

Tabula marmorea in pauimento Eccleſiæ, cum his litteris.

S. Nobilis Viri Iacobi Bonæfidei 1362. *Reſtauratum à Domino Leonardo Bonefidei Abbate* 1522.

DE BALDVVINIS.

Tabula marmorea in pauimẽto Eccleſiæ cũ his notis.

S. Filiorum de Balduuinis.

DE FITZEBERTI DE ANGLIA.

Tabula petrinea quæ erat ante reſtauratione Eccleſiæ in pariete inter ianuam Eccleſiæ, & ſacellum de Boſcolis cum hac Inſcriptione.

.D. .O. .M.

Nicolao Fitzeberto Angloqui ne Patria teterrima Impietate detenta Oſſa quidem haberet, Romam pergens, vt in Piæ matris gremio deponeret, Florentiæ obijt an. ætatis ſuæ 50. *Orthodoxam religionem voluntarij exilij diuturnitate teſtatus, monachi Angli, quorum ſtudio in propaganda fide mirificè coluit, viro optimo nobili, & de Caſinenſi familia, ac Chriſtiana Republica opt. mer. PP.*

DE ADIMARIS.

Lapis marmorea quadrata in ingreſſu Eccleſiæ abſq;

Inſcriptione, ſed cum ſtemma eiuſdem familiæ.

DE RINVCCINIS.

Marmorea ſtemma eiuſdem familiæ in pariete noui Capituli, cum his litteris.

S. Domini Rinuccini Vghi Roſſi.

DE CERCHIIS.

Archa marmorea cum Stegmatibus gentilitatis eiuſdē familię de Cerchijs in cap. nouo, abſq; Inſcriptione.

DE SALOMONIS.

Archa in pariete Capituli noui cum his notis.

✠ 1320. *magiſtri Boni medici de Salomonis, & hæredū.*

DE GVASCONIBVS.

Archa petrinea cum ſtemmatibus eiuſdem familiæ in pariete Turræ ſactæ verſus cæmeterium, abſq; Inſcriptione.

DE SALVIATIS.

Tabula marmorea in pauimento Eccleſiæ S. Bernardi Marci de Foreſis de Saluiatis.

Archa marmorea in pariete capituli noui cū his notis.

S. Magnifici Salui Medici . . . del Foreſe.

DE NELLIS.

Lapis marmorea in ingreſſu Eccleſiæ cum his litteris.

S. Bernardi Antonij de Nellis, & filiorum deſcendentiū.

DE NICOLINIS.

In pariete Capituli noui cum his notis.

S. Lapi Niccolini.

DE TEDALDIS.

In capitulo nouo cum his litteris.

S. Filiorum Tedaldis.

DE MAGALOTTIS.

Archa petrinea cũ ſtemmatibus eiuſdem familiæ abſq; litteris in pariete capituli noui.

DE BANDINIS.

In pariete capituli noui cum ſtemma eiuſdẽ familię, ſed abſq; Inſcriptione.

DE BOSCOLIS DE LENZONIBVS.

Lapis marmorea in pauimento Eccleſiæ apud ſepulchrum de Portinaris. Ibiq; eſt ſepulchrum de Lenzonibus.

DEL BIANCO.

Tabula marmorea cum Inſcriptione, ante reſtaurationem Eccleſiæ erat vbi nunc eſt ſanctuarium, ibiq; erat ſacellum eiuſdem familiæ.

S. Bernardus Blancus Benuenuto Petri.

Aliud ſepulchrum eſt in pariete capituli noui abſq; Inſcriptione, ſed cum ſtemmate eiuſdem familiæ.

DE LEOPARDIBVS.

Tabula marmorea in pauimẽto Eccleſiæ cũ hac Inſcriptione.

De Leopardibus Ciuibus Cortonenſibus Io. Phyſico Patri, Petro quoq; Phyſico Fratri, Paulus itidem Phyſicus, non ſine lacrymis poſuit. IV. A. LIII. P. V. A. XXXII. MCCCCLXXX.

DE SALVETTIS.

Tabula marmorea in pauimento Eccleſiæ cum his litteris.

S. D. Thomæ de Saluettijs.

DE DONIS.

Tabula marmorea in pauimento Eccleſiæ cum his notis. D.O.M.

D. O. M.

Angelus Donus Franciſci filius de morte cogitans ſibi viuens ac ſuis poſuit 1524. Viue vt moriturus,

Alia tabula marmorea ante reſtaurationem Eccleſiæ erat in pauimento cum hac Inſcriptione.

.... Donius Picen Queſtori Marci Capponiæ ſpectatæ pudicitiæ Coniugi, filium intra annũ difficulter enixę, moxq; immatura morte præreptæ, eximij amoris ergo eius, Alacerata huc translato funere, Antiquorum Doniorum familia monumentum à ſe inſtauratum, ſiccis oculis Poſ. An. Domini 1592.

DE CEDRINIS.

Tabula marmorea in pauimento Eccleſiæ cum his notis.

S. Bartholomeo Cederni de Cederni 1456.

DE BOTTEGARIIS.

Marmorea tabula in pauimento Eccleſiæ cum iſtis characteris.

S. Iacopo di Bartolomeo Bottegari.

DE MINORPITTIS.

D. O. M.

Zacharias Minorpittus Antonij filius, hoc ſibi, & ſuis poſteris monumentum viuens poſuit An. Domini 1525.

DE RICCIS.

Tabula marmorea cum multis Riccis æneis in pauimento Eccleſiæ cum hac Inſcriptione.

Sepoltura fatta da Corſo di Ardingo de Ricci 1347. Reſtaurata da ſuoi deſcendenti l'anno 1586.

DE NOBILIS.

Tabula marmorea in pauimento Eccleſiæ cum his litteris.

S. Franceſco d'Vberto d'Antonio de Nobili.

DE ACCIAIOLIS.

Lapis circularis in pauimento Eccleſiæ cum his notis. *S. D. Ludouici Acciaioli Doctoris I. V. eximij, & ſuorum deſcendentium.*

DE AGOLANTIBVS.

Archa petrinea in pariete Eccleſiæ verſus Cæmeteriũ abſque Inſcriptione, ſed cum ſtemmate eiuſdem familiæ.

DE FILICAIA.

Archa petrinea cum ſtemmate eiuſdem familiæ in pariete Eccleſiæ verſus Cæmeterium abſque Inſcriptione.

DE BIFFOLIS.

S. Geri de Biffoli.

DE CIPRIANIS.

Archa petrinea cum ſtemmatibus eiuſdem familiæ in pariete Turræ ſacræ verſus Cæmeterium.

DE BALDINIS.

✠. *Io. Michaelis Baldini & ſuorum.*

In pauimento Eccleſiæ.

DEL CACCIA.

Lapis rotunda cum facie mortis, quæ erat ante reſtaurationem Eccleſiæ in ſacello SS. Philippi, & Iacobi Apoſtolorum, vbi nunc eſt ſcala clauſtri Capituli, quæ aſcendit ad ſacrarium.

DE

DE RABATTIS.

Antiquitus erat in ingreſſu Eccleſiæ, vbi nunc eſt ſepulchrum Sermatelliorum.

DE BARDVCCIS.

Lapis marmorea quadrata in pauimento Eccleſiæ, cũ iſtis characteris.

S. Statij, & Petri Mariæ Laurentij de Barduccis dalle Pozze, & ſuorum.

DE AMBROSINIIS.

Tabula marmorea in pauimento Eccleſiæ.

S. Famoſiſſimi V. I. D. D. Petri de Ambroſinis de Exio Ciuis & Aduocati Florentini.

DE FINIGVERRIS.

Lapis cum hac Inſcriptione in Capitulo nouo.

Thomas Bartholomeus de Finiguerris, hoc eorum antiquũ ſepulchrum inſtaurarunt.

DE FELICIS.

Tabula marmorea in pauimento Eccleſię cum his Inſcriptionibus.

S. Felici da Vurbino. D. Fælixia 1422. Bapt ſta Fælixia hic ſita eſt, Fælixium habuit virum Petrum Vrbinatem, cum quo integerrimè vixit vſque ad ſupremum diem, moriens nomen reliquit conſentaneum vitæ honeſtiſſimæ ſanctiſſimæque vitæ.

DE FAZIIS.

Conceſſum ab hoc ſacro Collegio Petro Fazio ciui Florentino, & ſuis deſcendentibus.

DE VALORIBVS.

Tabula marmorea in pauimento Eccleſiæ ante ſacellum Couonorum.

Sep.

Sep. Ruſtichelliæ genti ſuæ inſtauratur Baccius Phi. F. Valoris I.C. Eques Senaconſil. Secre. M. Ducis Fer. I. Orlandi de Ruſtichellis deſcendentium Valoris.

DE BONSIBVS.

Tabula marmorea in ſacello eiuſdem familiæ, in atrio Eccleſiæ.

S. Bernardi Franciſci Bonſi.

DEL BENE.

In Capitulo nouo.

S. Franciſci & Io. del Bene.

DE DEODATIS.

In Capitulo nouo.

Thomas & Bartoho. D. Deodati.

DE RECVPERIS.

.D. .O. .M.

S. Franciſcus Recuperus Alberti filius Florent. Monumentum hoc vſq; ad nouiſſimam tubam ſibi ac ſuis adhuc viuens P. C. an. Domini 1531. men. Aprilis.

DE CACCINIS.

In pauimento Eccleſiæ.

S. Bartho. Iulij Blaſij de Caccinis.

DE THOMASIS.

In capitulo nouo.

S. Io. & Franciſchus fil. ſer Marchi de Thomaſis fecere.

DE BONAVENTVRIS.

n pauimento Eccleſiæ.

Franciſcus Bonauenturius Montis filius, ſibi ſuiſq; poſ. an. 1610.

DE ADATT[illegible]S.

In Capitulo nouo.

✠ *S. Adatti Manetti.*

DE LAPIS.

In pauimento Eccleſiæ.

S. Andreæ Iacobi de Lapis & ſuorum. A.D.1562.

DE QVORLIS.

In pauimento Capituli noui.

S. Franciſci Philippi de Quorlis & ſuorum.

DE CINELLIS.

In pauimento Capituli noui.

S. Cinelli.

DE LILIIS.

In pauimento Eccleſiæ.

S. Pauli ſer Guidonis Gilij.

DE IOANNIS.

In pauimento Eccleſiæ.

S. D. Roſſi Andreozzi Giouanni 1427.

DE CARLINIS.

Tabula marmorea in pauimẽto Eccleſię apud organũ.

.D. O. M.

Mattheus Carlinus. I.C. Michaelis F. mortis, ac reſurrectionis memor, ſibi Poſteriſq; ſuis viuens poſuit an. Domini 1573. mortuos recipio. Mortales reddam.

DE DVCCIS.

In pauimento Eccleſiæ.

S. Iacobi de Duccis de Paſtorio.

DE GHIBORTIS.

In pariete Capituli noui.

S. Ghiborti.

DE VINCIO.

S. Petri Antonij ſer Petri de Vincio & ſuorum 1474.

DE BELCARIS.

In capitulo nouo.

S. Belcari Rainerij deſcendentium.

DE LAPVCCIS.

In pauimento Eccleſiæ.

S. Io. de Lapuccis 1523. & ſuorum deſcendentium.

DE PARIGIS.

In pauimento Eccleſiæ.

S. Iuliani Pauli de Parigis 1524. & ſuorum.

DE RICCIARDIS.

Tabula marmorea in pauimento Eccleſiæ, cũ his notis.

Io. Baptiſtæ Ricciardus mortalitatis memor, hoc ſibi poſteriſq; ſuis M. P. Feliciſs. Auſpi. Fer. Med. M. Ætruriæ Duce tertio an. ſal. 1591.

DE CERPELLONIBVS.

S. Cerpelloni 1507.

DE BALDVINIS RICCOMANI.

S. Baldouini Riccommani.

DE CASA NOVA.

S. Da Caſa noua 1567.

DE FERRANTIBVS.

In pariete Turræ ſacræ verſus Cœmeterium.

S. Pietro di Franceſco di Rocco Ferranti.

Hæc ſepulchra ſunt abſq; Inſcriptione.

BISCOTTI – BEFFREDELLI – BENVCCI – SIRIGATTI – VANNVCCI – CAMARCHI – BVCCETTI – SANTI – VERNAZZANI – BARBA – RINOSO – BENADV – PLACIDI – GHIBERTI – LEMES – MASETTI

DE GARBO.

Stemma dictæ familiæ in pariete Capituli noui abſq; litteris.

DE MARGLIANIS.

Stemma eiuſdem familiæ in Capitulo nouo abſque Inſcriptione.

DE IVNCTIS.

In pauimento Eccleſiæ. *S. Philippus Iuncta, ſibi & poſteris poſuit an.* 1517. *H. S.*

DE CAFFERECCIS.

Stemma dictæ familiæ in pariete Capituli noui.

DE FILVOPERIS.

S. Ioannis *Filuoperi Petro Phyſico.*

DE LANDINIS.

Tabula marmorea in medio pauimenti Eccleſiæ.

D. O. M.

Santes Landinus Antonij Simonis filij, ſibi poſteriſque poſuit 1611.

DE FRANCISCIS.

In Capitulo nouo. *S. Franceſchi.*

DE MINIATIS.

Tabula marmorea in pauimento Eccleſiæ cum Inſcriptione.

D. O. M.

Franciſcus Octauiani Miniatis Speldinius Ciuis Florent. ſibi atq; deſcendentibus 9. Kal. Decembris an. 1610.

DE SERMARTELLIS.

Tabula marmorea in ingreſſu Eccleſiæ.

S. Bartholomæus Sermartellius poſuit, Conſtantia Pecchia vxor præoccupauit, Michael Angelus filius reſtaurandū curauit an. Domini 1610.

DE GRISELLIS.

In Capitulo nouo. *S. Hæred. S. Griti de Griſellis.*

DE SANDRIS.

In Capitulo nouo. *S. Io. Bapt. Barto. Sandri Librarij.*

DE TACINIS.

In Capitulo nouo. *S. Petri Tacini Pianellaio. Pietro Pianellaio.*

DE LVCCIS.

Antiquitùs erat in medio pauimenti, vbi nunc eſt ſacellum Couonorum, & in reſtauratione Eccleſiæ inuenta fuit ſepultura, cum ſtemma vnius Lucci in ruſſato Ambone cum iſtis characteribus, quæ ego proprijs manibus poſui in Capitulo veteri.

S. DE LVCIIS.

In medio Eccleſiæ eſt tabula marmorea cum ſtemma Principis Vgonis, cum infraſcriptis litteris, ubi antiquitùs ſepeliebantur Abbates dictæ noſtræ Abbatiæ tàm Cluniacenſes, Commendatarij, quàm alij, & quotidie in dicto ſarcophago ſepeliuntur Benefactores, atque Amici noſtræ Abbatiæ, qui volunt deuotionis cauſa ibi ſepeliri.

........S. V. M. T.

In clauſtro Capituli eſt ſacellum S. Hieronymi conſecratum ab Archiepiſc. Antonio de Altouitis circa an. 1550. in quo eſt ſepulchrum in medio pauiméti cum hac Inſcriptione.

Exultabunt Domino oſſa humiliata. L. P. S. H. S.

De

De Inſcriptione ſtatuæ Inclyti Marchionis Vgonis et de Apologia, quæ clauſa eſt inter ſummum Pilæ, et Epiſtilium.

CAP. XIII.

D. O. M.
VGONI
Aetruriæ, Camertum, Spoletanorumq; Duci, & Marchioni
∴ Alberti Marchionis filio
Abbatia Florentina
Magnificentiſſimo, Pientiſſimoq; Fundatori ∴
DCXVI. à morte Anno
Statuam erexerit
Poſt Honorarium Monumentum
Poſt ſolemnia Anniuerſariæ laudationis Parentationisq;
Poſt quotidianas Inferias
Grati Animi, Epidoxis
Anno Domini MDCXVIII.

∴ Vberti, & non Alberti.

∴ Benefactor, & non Fundator.

Inter ſummum Pilæ, & Epiſtilium, vbi collocatus eſt ſupradictus Coloſſus, clauſa eſt hæc Scriptio.

Cogitaueram jam olim, & porrò ab hoc Æuo, ſi quomodo Famæ Vgonis Ætruſcorum Marchionis, tantula carta, tantuli eſsem monumenti, nihil verita patium lapidem, aut quicquid aliud præclarius de gloria eius effatur. Verum tali ab Horoſcopo (vt apparet) taliq; varo genio producta eram, & quam diù Vgonis Statua, ſtata foret, & Proſa, mihi quidem ne mutire fas eſſet,

eſſet, primùm enim vt vidi ſolem eius ſtatuæ peſſum iui, ibiq; inter ſummum Pilæ ſcopum imumq; Capitelum clauſa preſſaq; verecundiæ meæ pluſquam Pithagoreorum ſilentium indictum nimium diu tali. Hanc vero quando Sors, Tempus, Impia manus hominis verſam, aut auerſam fecit; Doleo quidem ſucceſſu, læta tamen reuiſo ſolem iam iam extimaturam quicquid olim conceptis verbis volumini intimaueram. Tibi igitur in cuius manus obueni hęc pauca de Vgone breuiter, & relati percepita enarro.

Mater VGONIS Vuilla pientiſſima mulier ſeq; alia Principũ. Pater .·. Albertus, ſiue Adalbertus. Hic filius Vgonis Comitis quondam Aræbarenſis, inde virtutis ad motu Italiæ Regis. Sic Vgo noſter à Franchorum Regum Imperatorumque ſtemmate ramum (vt Poetè loquar) Milleſius ductus non degeneri animo ſemente virtutis omnis impreſſa præcipuam pietatem, præcipuo fouit adauctũ. Extant magnificentiſſimæ pietatis eius Vberes veluti Ceſpites VII. Abbatiæ per Ætruriam extructæ, vel religioni non vile donatiuũ. Inter quas Inſignior .·. Florentia pomeriana olim, deinde per vnam, alterãuè pomerij dilatationem ad pactis Inſulis, medio Vrbis obuenta. Huius fundationem & magnæ Vgonis pietatis mireris materni nominis charitati voluit adrogatã. Merito igitur, & ſinõ pro merito, benemereri ſẽper de Vgone Monachi Abbatiæ Florentinæ ſatagerunt. Præcipuè ab eo temporis, quo Monaſterium hoc in Congregatione Caſinenſe allectu (vt virtutum aliorum ſingulare ſpecimen dedit) in Rectiſſimam Regulam Diui

.·. Vbertus, & non Albertus, ſiue Adalbertus.

.·. Non conſtruxit, ſed dotauit.

Benedicti Animo menteq; collineans. Ita grati animi memor multa ſe pietati, & magnificentiæ Vgonis credidit debuiſse. Inter quæ ſunt non vilia.

Anniuerſaria in die S. Thomæ Apoſtoli miſsarum parentata celebratio requieſq; ſolemni ritu manibus eius adpræcata. Die item S. Stephani Anniuerſaria & ſolemnis laudatio dicta à Nobiliſſimo quoq; ex Florentina Iuuentute litteratorum Candidatio, adſidente Abbate Pontificis habitu & Cenſus exigente. Quotidianæ Inferiæ poſt completam diurnam ſynaxim ſerotinæ magis, quam feræ. Honorarium, immo verum, honorificentiſſimum monumentũ Eccleſię ∴ Sanctuario ex marmore adſtructum. Inſigna tandem eius parietibus, Columnis, Arcubus impacta, & vel pro Monaſterij inſignibus habita. Hæc ſatis eſſe videri poterant, haud improbe meritis de tanta Principis magnificentia. Addidere verò ſtatuam magnitudinis Atrienſis arte in qua collocata, accõmodam. Idque eo tempore C. B. monachis Abbatiæ Florentinæ ex leui, aut inconſultè (abſit maligne) vitium ingrati animi inuſsit, fecit inſtinctu cuiuſdã ∴ monachi ex clauſtrali, qui cõſcius expilatæ à ſe Bibliothecæ fidei ſuæ creditæ, dum in Abbatia Florentina clauſtralis monachus degeret, iram, quam ex quærimonijs monachorum ob deteſtabilem peculatum conceperat in tempus malignè effutiuit. Adeò ne tu C. B. malecordatus in monachatum eras, & ſępe aliàs innotuiſti, Adeò ne tibi ſub leſta mens, vt maligne referente ex clauſtrali illo Porfireticum labrum balneorum vſui, vt calidæ lauationis Sarcophagum crederes? Non adeò te rudem antiqui-

∴ Poſt reſtauratiõe Eccleſiæ nũc cernitur in brachio dextro Eccleſię.

∴ Allucinatur in hoc Autor Apologeticę huiuſce ſcripturæ, non .n. Monachus abſtulit libros, neque ſcripturas, aſt exemplificauit nonnullas, emitque libros Romæ potiſſimũ, Florentiæ, Venetiis, Patauii, & alibi, & maximo exemplo vixit.

tatis

tatis credideram, ſed facile imbibiſti, quæ ſecundo animo infarciebātur. Si enim oculis magis quā ementitij relationi adſentiri voluiſſes, Formam Labri quam Hieronymus Mercurialis in ſua Gymnaſtica mutaſſe ſe ex antiquis monumentis Pyrri ligoni atteſtatur plane ex noſtro expreſſam videri poſſe, vel inuitus crediſſes. Extat etiam nunc Labrum Florentiæ in hortis Bardi Curſi dono dato Petro Capponio Cardinalis Fratri. Cuiq; promptum, vel leuiter gnaro antiquitatis videre, & iudicare.

VGONI.

Ætruſcorum, Camertum, Spoletinorum Duci, & Marchioni, Vgonis ex filio, Lotharij ex Fratre Vberto Italiæ Regem Nepoti, Adeleidæ Auguſtæ magni Othonis Coniugis Agnato, Monachi Abbatiæ Florentinæ, Magnificentiſſimo Pietiſſimoq; hic monumenti fundatori 1516. à morte eius anno nulli vel vno Principi obuentum ſtatuam erexerunt.

Errata, ſic corrige.

Pag. 4.	ver. 10.	lege	dolum nec malitiam.
Ibidem.	18.		litigauerit.
Pag. 5.	6.		Ioanne.
9.	9.		Cathedralem Florentinam.
10.	4.		Conſtantienſi.
11.	22.		gubernarit
12.	9.		meruerit.
ibid.	15.		Paphoucius.
15.	6.		eſt ei cura
17.	24.		adminiſtrauit
21.	7.		ſe ſe in ſacris
24.	21.		Stephano.
30.	16.		miraculorum.
33.	11.		huius.
37.	30.		Monachalem.
39.	28.		virtutum.
40.	16.		in Domino.
42.	29.		omnibus virtutibus.
49.	23.		diſciplina monaſtica
51.	11.		Scandicciò.
52.	27.		de Adimaris.
53.	6.		Rondinellis.
57.	2 & 17.		religionem indutus eſt
58.	7.& 20.		indutus eſt
ibid.	25.		Abbatiam noſtram.
60.	1.		picturis
ibid.	5.& 16.		quod. plenus
61.	14.		præbuit.
61.	& 21.		recuſarit.
68.	16.		induitur.
74.	10.		Fineſchis
79.	24.		poſſeſſiones
81.	20.		vt.
88.	12.		ſententiam.
88.	& 18.		Philoſophia
94.	11.		1481.
99.	18.		reſtaurationem.
100.	17.		Sepulchrum Bernardi
104.	24.		actæ
111.	27.		Marchione
113.	16.		1616.

Auctores in hoc Opere citati.

Abbas Vghellus
Abbas Pennottus
Abbas Luchinus Mantuanus
Abbas Caſtruccius
Alphonſus Ciacconius
Arnoldus Vuion
Auguſtinus Camaldulenſis
Baronius
Eudoſius Lucatellus
Laurentius Pigonius
Iacobus Cauaccius
Io. Catanenſis
Petrus Recordatus
Scardeoneus

M.S.

Abbas Caietanus
Abbas Vlmus
Abbas Hier. à Potentia
Abbas Mirtus
Abbas Rodulfus
Archiuium Caſsinenſe
Arch. Sublacenſe
Arch. S. Pauli de Vrbe
Arch. S. Iuſtinæ Patauij
Arch. S. Trin. Cauenſis
Arch. S. Spirit. Ticinen.
Arch. S. Saluat. Ticinen.

Autor Incertus
Cronica Cauenſis
Cronica Sublacenſis
Cornelius Margarinus Caſsinenſis
Chyrogr. profeſsionum Abbatiæ Florentinæ.
Diplomata Pontificum, Imperatorũ, ac Regũ.
Fortunatus Scola Caſsin.
Lib. E.
Lib. D.
Lib. Niger Sacrarij Abb. Florent.
Lib. mortuorum S. Iuſt. de Padua
Lib. L. in Celler. Sublac.
Lib. Chori Cænobij Subl.
Lib. Congreg. Caſsinen. de an. 1617.
Matric. monach. Cænobij S. Simpl. Mediolani.
Matric. D. Auguſtini de Cartularo
Matric. antiquiſsima
Regiſtra Vaticani Vrbani V. ac Honorij quarti
Seraphinus Neapolitanus Caſsinenſis.

Fol. 87. verſ. 2.

Et ego in Cœnobio S. Simpliciani Mediolanenſis compleui labores meos, ac typis mandaui.

Don Placido Puccinelli da Peſcia Monacho Caſſinenſe Benedittino, Antiquario della Badia di Firenze.

ANAGRAMMA.

Proponendoſi ſeco la Veritade dando luce alle Antichitadi, fabbricaſi quì in Milano ſperanze Diuine.

HOr che Fabro ingegnoſo
Da ſepolte Memorie
Sotto l'Inſubre Ciel ergi le glorie;
Chi ſia più glorioſo!
Se mentre additi in Ciel tant' Alme ſante
Ver l'Immortalità drizzi le piante?

Gio. Pietro Ramellati.

785873

Digitized by Google